Dixi meridianum ex parte dependere ab horizonte, quia quicumque mutarit horizontem gradiens ab oriente in occidens, mutabit etiam et meridianum: mutat enim Zenith et lineam illam, quae per ipsum a polo in polum ducitur, quae ut diximus meridianum efficit. Si vero quis directe a septentrione in austrum tenderet, nec ad orientem, vel ad occidentem declinaret, mutaret quidem semper horizontem, numquam tamen meridianum, sicut neque mutat lineam illam, quae a polo in polum ducitur.

Meridianus duobus modis sumi potest pro horologiis conficiendis. Primo fiant in plano plures circuli et in medio elevetur stilus, et observetur, quem circulum tangit extremitas umbrae stili in puncto ortus solis; itemque circulus, quem tangit ultimo eadem umbra, dum sol est in occasu, et spatium, quod fuerit inter haec duo puncta. Dividatur linea quaedam[4] in duas partes aequales versus illum stilum, et haec linea erit meridianus in toto anno. Secundo modo, pro iis, qui extra tropicum sunt, ponatur idem stilus in plano, et observetur extremitas umbrae, quam facit oriente sole, et videbitur umbra paulatim decrescere quousque fit minima et maxime directa versus polum, et iterum crescent

---

[1] *in figura habet* oriens; meries [*sic*: meridies], occidens, septentrio

[2] *conieci ex* aut

[3] *correxi ex* aut

[4] *correxi ex* quadam, *Obara* quadam

night, as we shall say in the following chapter.

§

The meridian is the last great circle, which in part depends upon the horizon. It is the circle passing through the poles of the world and through our zenith, i.e. above our head. It is called "meridian", because when the sun, elevated above the horizon, reaches this line, it is noon for us. Consequently, the rising and setting of the sun would occur for those who have our horizon in the zenith; on the other hand, it is exactly midnight for those who have our "nadir" in their zenith, as is evident in the figure. We call that point "nadir" which corresponds to our zenith in the lower hemisphere.

Hence, wherever on earth it may be, it always occurs that the length of the morning should be the same as that of the afternoon, so that if a daytime is of 14 hours, there would be 7 hours from morning to noon, thence the sun would rise at 5 o'clock, and, in the same way, there would be 7 hours from noon to evening, because since the meridian, stretching from one pole to the other through the zenith, divides our hemisphere into two halves, it follows that the line should be equally distant from the rising and setting of the sun, thence it will make the length of the morning equal to that of the afternoon.



Fig. 10

I said that the meridian in part depends upon the horizon, because whoever shifts the horizon while walking from east to west, would also shift the meridian, for he shifts the zenith and that line which is drawn from one pole to the other through the zenith, and which, as we have said, forms the meridian. If someone marched directly from north to south without inclining toward east or west, he would always shift the horizon, but never the meridian, just as he does not shift the line which is drawn from one pole to the other.

The meridian can be taken in two ways for making sundials. Firstly, draw many circles on the plane and erect a stake at the center, then observe which circle touches the tip of the stake's shadow at the moment of the sun's rising, and also the circle which the same shadow finally touches while the sun is setting, and the length that will exist between these two points. Then divide the length into two equal parts by a line toward the stake, and this line will be the meridian for a whole year. Secondly for those who are outside of the tropics, erect the same stake on the plane, and observe the tip of the shadow which is made while the sun is rising, and you shall see that the shadow gradually decrease untill it becomes the shortest, and precisely directed toward the pole, and again the shadows increase all the way to sun's setting: therefore, the shadows in the morning and evening

umbrae usque ad occasum, ita ut umbrae matutinae et vespertinae sint aequales omnino inter se. Et omnium minima sit meridiana directe versus polum tendens. Utrumque in his figuris patebit[1].

[f.8r] Restat ut de quattuor minoribus circulis agamus, et primo de tropicis. Tropicus idem significat quod reversio, sol enim ascendit ad septentrionem, et dum primum ingreditur signum Cancri, quasi stat, neque ulterius ascendit, unde solstitium dicitur punctus ille, i.e. solis statio, iterumque sol revertitur ad lineam. Via ergo seu circulus, quem conficit sol in principio Cancri, dicitur tropicus Cancri, seu reversio a Cancro. Idem contingit in principio Capricornii, unde alius tropicus Capricornii dicitur. Primus est finis veris et principium aestatis, secundus vero finis autumni, et principium hiemis, et uterque differt a linea per 23 gradus cum dimidio.

Ut de duobus ultimis circulis agamus, notandum est in omni motu circulari regulariter facto in corpore perfecte spherico, debere assignari duo aliqua puncta supra quae fiat motus, quae quasi immobilia sint, ut in sphera materiali patebit: et haec puncta vocantur poli. Cum ergo in caelis tria sint genera motuum iuxta supradicta, raptus scilicet, naturalis et trepidationis, tria etiam genera polorum assignanda sunt. Pro motu raptus[2] assignantur poli mundi, arcticus scilicet et antarticus. Arcticus est ille qui nobis patet, qui et septentrio, et borealis et Aquilonaris [*sic*] pars dici solet. Stella, quae Norte communiter dicitur, vere polus non est, sed nunc differt a polo per 3 gradus cum dimidio aut circa[3]. Alius antarcticus nobis occultatur, nec habet iuxta se stellam aliquam maxime lucidam nisi per 30 gradus distantem. Vocatur ergo pars Australis et meridionalis.

In motu etiam planetarum, quia maxime a motu raptus[4] differt, diversi etiam assignantur poli distantes a polis mundi 23 gradibus cum dimidio. Supra quos planetae aliquando accedentes ad septentrionem, aliquando ad meridiem suum motum naturalem conficiunt ab occidente[5] in orientem[6], tantaque est distantia, quam hi poli a polis mundi habent, quanta est maxima declinatio solis ab aequinoctiali ad tropicos; unde sicut poli mundi aequaliter distant ab aequinoctiali, et ita et isti[7] aequaliter distant a linea ecliptica[8] Zodiaci: unde et poli Zodiaci dici solent. Quia ergo omnes inferiores orbes rapiuntur a primo mobili motu diurno, hi poli Zodiaci motu raptus[9] moventur, duosque circulos motu suo in caelo conficiunt; unde circulus, quem efficit polus Zodiaci, qui est iuxta polum mundi arcticum, dicitur circulus arcticus, et ei oppositus dicitur antarcticus. Hi duo circuli

---

[1] *desunt figurae in textu*

[2] *correxi ex* raptu*, Obara* raptu

[3] *Obara dixit de* aut circa "duo verba intelligibilia"

[4] *correxi ex* raptu*, Obara* raptu

[5] *correxi ex* oriente *quia in margine habet* -2-, *Obara* oriente

[6] *correxi ex* occidens *quia in margine habet* -1-, *Obara* occidens

[7] *correxi ex* ista, *Obara* istae

[8] *correxi ex* hacliptica

[9] *correxi ex* raptu*, Obara* raptu

are entirely equal to one another. And now the shortest of all is the meridian stretching directly toward the pole. Both will be evident in these figures.

It remains for us to discuss the four small circles: firstly, the tropics. "Tropic" means the same thing as "turning back", for the sun ascends to the north and when it first enters the sign of Cancer, it does not ascend any more as if standing still ~ whence that point is called the solstice, i.e. a stationary position of the sun ~ and the sun turns back again to the [equinoctial] line. Therefore, the path or circle, which the sun makes at the beginning of Cancer, is called the "tropic of Cancer", or the "turning-back in Cancer". In the same manner, the sun reaches the beginning of Capricorn, whence the other circle is called the "tropic of Capricorn". The first is the end of the spring and the beginning of the summer, and the second is the end of the autumn and the beginning of the winter, and both are distant from the [equinoctial] line by 23 and a half degrees.

In order to discuss the last two circles, it should be noted that, to every circular motion regularly performed in a perfectly spherical body, two other points, on which occurs the motion, and which are, as it were, immovable, have to be assigned, as will be evident in the material sphere: these points are called poles. Therefore, since there are three kinds of motion in the heavens according to what has been said, that is, swift motion, natural motion and trepidation, three kinds of pole ought to be assigned. For swift motion, the poles of the world, that is, the northern and the southern, are assigned. That which is visible to us is the northern one, and it is accustomed to be called "septentrion", the "boreal" and "Aquilon" part. The star which is commonly called "North [star]" is indeed not the pole, but nowadays is distant from the pole by 3 and a half degrees. Another south pole is hidden from us, and does not have a star nearby which is very bright, except for the one which is 30 degrees away. Thus, the pole is called the "austral" and "meridional" part.

Also, for the motion of the planets, since it is quite different from swift motion, different poles which are away from the pole of the world by 23 and a half degrees are assigned. The planets, sometimes ascending to the north and at other times to the south toward these poles, complete their natural motion from west to east, and these poles are distant from the poles of the world as much as the maximam declination of the sun from the equator to the tropics. Consequently, just as the poles of the world are equally distant from the equator, so are these poles equally distant from the ecliptic line of the Zodiac; whence it is called the "poles of the Zodiac". Therefore, since all the lower orbs are carried off by a daily motion of the *primum mobile*, these poles of the Zodiac are [also] moved by swift motion, and make two circles in the heaven by their proper motion; whence the circle, which the pole of the Zodiac near the northern pole of the world makes, is called the "Northern circle", and the opposite one is called "Southern circle". These

designant zonam **[f.8v]** frigidam, ut statim dicemus. Pro motu etiam trepidationis, qui tardissime fit a septentrione in meridiem, alii etiam poli assignantur, puncta scilicet aequinoctialia, ut est principium Arietis et principium Librae.

Haec de circulis spherae, et secundum hos varietas motuum caelestium facile dignoscitur. Solent etiam astrologi mundum dividere in quinque zonas seu in quinque plagas. Zona autem est regio ab uno aut duobus circulis minoribus circumscripta. Inter has zonas duae dicuntur zonae frigidae, duae temperatae, et una torrida. Zonae frigidae sunt partes illae terrae, quae sunt sub circulo arctico et antarctico. Zonae temperatae sunt illae terrae, quae sunt a circulo arctico usque ad tropicum Cancri et a circulo antarctico ad tropicum Capricornii. Sub zona vero torrida sunt terrae illae, quae sunt a tropico Cancri usque ad tropicum Capricornii. Antiquiores philosophi solam zonam temperatam habitari existimabant, nam torrida prae nimia caliditate et vicinitate solis, frigida prae nimia frigiditate et absentia solis, inhabitabiles esse videbantur. Sed nunc experientia constat omnes esse habitabiles, imo magna ex parte habitari.

Ex his patet modus conficiendi spheram: in plano fiat circulus et hic duabus lineis in quattuor aequales partes dividatur, ita ut 90 gradus seu partes in uniuscuiusque circumferentia sint, et tunc una linea harum duarum erit aequinoctialis, alia vero erit axis polos designans. Deinde ab aequinoctiali versus unumquemque polorum duae item lineae ducantur, quarum distantia ab aequinoctiali 23 gradus cum dimidio non excedat, ulterius circa utrumque polum aliae lineae ducantur, quarum extremitates a polo per 23 gradus cum dimidio distent. Deinde a puncto unius tropici usque ad alterum linea altera deducatur, quae centrum spherae pertranseat, et haec[1] linea ecliptica. Deinde iuxta hanc duae etiam lineae, una a parte septentrionis, altera a parte meridiei ducantur, quae a dicta linea ecliptica per 6 gradus semper differat, et hae tres lineae Zodiacum significant[2], qui, in 6 partes divisus, 6 signa quae in dimidio caelo semper apparent, designabit.

De dierum et mensium[3] et annorum periodis eorumque varietate Cap. 4[4]

Ad rerum omnium tempora et durationes dignoscendas, maxime necessarium erat regularissimum et indeficientem aliquem motum statuere, cuius motus duratio omnium aliarum durationum esset regula et mensura, **[f.9r]** tempusque communiter vocaretur[5]. Quia vero caelestes motus omnium regularissimi sunt, ideo Aristoteles tempus mensuram esse dixit durationis motus caelestis corporis[6]. Atque hinc factum est, ut omnes nationes solis et lunae motus, qui notiores sunt, observantes iuxta eorum varietatem tempus etiam

---

[1] *post* haec *Obara addidit* [est]

[2] *correxi ex* significat, *Obara* significa[n]t

[3] c*orrexi ex* mentium

[4] *hinc a manu alia scriptum est*

[5] communiter vocaretur] cognosceretur *Obara*

[6] *Physica* lib.4, cap.14, 223b10-224a10; *De caelo* lib.2, cap.4, 287a20

two circles define the frigid zone, as we shall discuss immediately. For the motion of trepidation which is made from north to south exceedingly slowly, other poles are assigned, that is, the "equinoctial points", as they are in the beginning of Aries and in the beginning of Libra.

So much concerning the circles of the sphere, and the variety of celestial motions is easily discerned by them. Now, astronomers usually divide the world into 5 zones or into 5 regions. A zone is the region which is circumscribed by one or two small circles. Among these zones, two are called the frigid zones, two are temperate and one is torrid. The frigid zones are the parts of the earth which are under the northern and southern circle. The temperate zones are the parts of the earth which are from the northern circle to the tropic of Cancer and from the southern circle to the tropic of Capricorn. And the torrid zone is the part of the world which is from the tropic of Cancer to the tropic of Capricorn. Ancient philosophers thought that only the temperate zone was inhabited, for they thought that the torrid and the frigid zones were inhabitable; the former because of too much heat and the vicinity of the sun, the latter because of too much cold and the distance of the sun. But nowadays it is evident by experience that all zones are habitable and surely inhabited for the most part.

From the above it is clear how to make the [material] sphere. Describe the circle on the plane and divide it into 4 equal parts by two lines so that each circumference has 90 degrees or parts; then one of these two lines will be the equator, the other will be the axis depicting the poles. Next, from the equator toward each pole, draw a further two lines whose distance from the equator does not exceed 23 and a half degrees, and around each pole draw an other [two] lines, whose extremity from the pole is 23 and a half degrees. Next draw another line from a point on one tropic to another, which penetrate the center of the sphere, then it is the ecliptic. Next draw two lines along the ecliptic, one in the northern part and the other in the southern part, [both of] which are drawn always 6 degrees away from the ecliptic, then these three line indicate the Zodiac which, divided into 6 parts, would show the 6 signs that always appear in the half of the heaven.

Chapter 4
The periods of days, months and years, and their variety

In order to discern the times and durations of all things, it was highly important to fix that unfailing and most regular motion, whose duration would be the standard and measure of all the other durations of motions, and it is generally called "time". Since the celestial motions are the most regular of all, Aristotle said that "time is the measure of the duration of the heavenly body". For this reason it has been the case that all races, observing the well-known motions of the sun and moon, divided natural time in conformity with their

naturale in dies, menses, annos, et saecula dividerent. Neque incongrue, ideo enim Deus optimus et maximus (ut habetur Genesis 1) in illorum creatione dixit: fiant luminaria in firmamento caeli, et dividant diem ac noctem, et sint in[1] signa et tempora et dies et annos; et rursum fecitque Deus luminare maius, ut praeesset diei, et luminare minus, ut praeesset nocti[2] etc.. Sed quia anni ex mensibus, menses vero ex diebus componuntur, prius de diebus, deinde de reliquis suo ordine disseremus[3].

§ 1
De die naturali et artificiali

Dies ab astronomis dupliciter usurpatur. Naturalis enim et artificialis dicitur. Naturalis dies est unica et integra revolutio equinoctialis supra totam terram cum tanta ulterius parte, quanta interim sol motu suo proprio contra motum primi mobilis conficit, quae fere unius gradus est; seu clarius, dies naturalis est integra revolutio solis, quam supra totam terram semel conficit, et tunc dies noctem simul et diem comprehendit. Artificialis vero est mora, seu cursus, quem idem sol supra nostrum hemispherium[4] ab oriente in occidentem conficit, et sic contra noctem dies distinguitur. Itemque[5] artificialis dies dicitur, quia eius magnitudo aut parvitas non semper est eadem, sed iuxta varietatem regionum aut temporum immutatur, ut statim dicemus. Dies vero naturalis econtra. Ideo naturalis dicitur, quia ex nulla varietate regionum crescit aut decrescit. Diem hunc naturalem in 24 partes aequales (quae horae dicuntur) communiter dividimus hoc ordine, ut quando simul cum motu solis 15 gradus equinoctialis supra horizontem oriuntur, tunc[6] unam horam transactam esse dicamus. Cumque[7] equinoctialis, ut diximus, 360 contineat gradus, si per 15 dividantur, 24 aequales constituent horas.

De puncto autem, a quo hae horae seu dies naturales[8] incipiant computari, maxima fuit nationum varietas. Babilonii ab ortu solis diem naturalem incipiebant, Itali ab occasu, astronomi omnes a meridie usque ad alterius diei meridiem, et hoc propter usum astrolabii. Sed Egiptii, quos et Romana semper secuta[9] est Ecclesia, a media nocte ad alteram mediam usque noctem, **[f.9v]** diem integrum naturalem connumerant. Nec incongrue. Sol enim a media nocte incipit ascendere in nostrum hemispherium, eiusque maxima ascensio fit in meridiano supra caput nostrum, et iterum a meridie incipit declinare usque ad mediae noctis punctum. Unde congrue dies naturalis a media nocte

---

[1] *Obara omisit*

[2] *Genesis* 1:14-16

[3] *conieci ex* disceremus

[4] *correxi ex* haemispherium

[5] *conieci ex* idemque, *Obara* idemque

[6] *correxi ex* tamen

[7] *Obara* itemque

[8] *Obara* naturalis

[9] *correxi ex* sequuta, *Obara* sequuta

variety into days, months, years and centuries. This is not inappropriate, because the most excellent and almighty God said at the creation of them (as described in Genesis 1) “Let there be lights in the firmament of heaven, and let them separate day from night, and let them be for signs, times, days and years”; and furthermore, “And God made the greater light to rule the day, and the lesser light to rule the night” etc.. However, since years consist of months, and months of days, we will discuss days first, then go on to the remaining according to its order.

§ 1
On the natural and artificial day

“Day” is employed by astronomers in two ways. For it is called “natural” and “artificial”. The natural day is the one and entire revolution of the equator above the whole world, together with that part which the sun moves by its proper motion against the motion of the *primum mobile*, which is about one degree; or, to say it more clearly, the natural day is the entire revolution of the sun, which is completed a single time over the whole world, and then the day cotains the night-time together with the day-time. On the other hand, the artificial day is the lapse or the course of time, which the same sun completes above our hemisphere from east to west, and thus the day-time is distinguished from the night-time. Likewise the day is called “artificial”, because its length, or brevity, is not always the same, but variable according to the variety of regions or times, as we shall speak of immediately; but the natural day is to the contrary. The reason why it is called “natural”, is that it never increases nor diminishes according to the variety of the regions. We generally divide this natural day into 24 equal parts (they are called “hours”) in such a way that when 15 degrees of the equator rise above the horizon together with the motion of the sun, then we would say that one hour has passed. And since, as we have said, the equator has 360 degrees, if they are divided by 15, they will constitute 24 equal hours.

About the point, however, where these hours or natural days should begin to be reckoned from, there has been a great variety among races. Babylonians began to reckon the natural day from the rising of the sun, Italians from the setting and all astronomers from noon to the next noon, and this is because of the use of the Astrolabe. But Egyptians, whom the Roman Church has always followed, count a whole natural day from midnight to the next midnight. This is not inappropriate. Because the sun begins to rise from midnight in our hemisphere and comes to its highest altitude at noon above our head, and again begins to decline from noon to the point of midnight. Thence, it is appropriate that

incipiet, et in media nocte finietur.

§ 2
De dierum inaequalitate

De die artificiali maior est difficultas. Is enim incipit in puncto orientis et deficit in puncto occidentis, sed omnino irregularis est. Nec enim in eadem terra omnes dies anni sunt aequales, immo idemmet dies in diversis provinciis maior et minor esse recipitur.

Pro cuius explicatione notandum solem motu raptus, seu ad motum primi mobilis, 182 circulationes seu spiras cum dimidia conficere sub ecliptica, dum ascendit in principio Capricornii usque ad principium Cancri, totidemque conficere, dum revertitur a Cancro ad Capricornium. Unusquisque autem horum arcuum seu harum circulationum diem unum naturalem constituit; mediae autem eorum partes, quae supra horizontem elevantur, dies artificiales designant, mediae vero quae occultantur noctes. Fingamus ergo in caelo hos 182 arculos seu circulos intra duos tropicos, et tunc manifeste patebit, quod in his regionibus, in quibus medietas omnium illorum semper apparet et media pars semper occultatur, dies semper erunt aequales cum noctibus; in his vero, in quibus inaequaliter apparent, dies etiam erunt inaequales.

His suppositis, sit prima conclusio: Habitantibus sub equinoctiali, vel prope usque ad tertium vel quartum gradum, in toto anno dies sunt aequales cum noctibus. Patet quia hi habent spheram rectam, eorumque horizon caelum per polos mundi in duas partes aequales dividit. Atque adeo eis medietas horum arcuum diurnorum semper apparebit, medietas vero semper occultabitur. Erunt ergo eis dies semper aequales cum noctibus.

Secunda conclusio: Qui per aliquot gradus ab equinoctiali distant, solum habent dies aequales cum noctibus, cum sol sub equinoctiali est, in principio scilicet Arietis et Librae, reliquos vero dies habent inaequales. Patet quia, ut superius diximus, hi habent horizontem obliquum. Horizon autem obliquus semper equinoctialem ad angulos obliquos, sed in partes aequales debet dividere, reliquos autem circulos in partes inaequales. **[f.10r]** Unde fit ut, quando sol fuerit in equinoctiali, aequales faciat dies, non autem dum alios circulos seu spiras conficit. Quod manifeste in sphera patebit.

Tertia[1] conclusio: Habitantibus alibi[2] versus septentrionem semper dies crescunt imperceptibiliter, cum sol ingreditur Capricornii signum; sunt aequales dum ingreditur Arietem; maximam habent diem in principio Cancri; et iterum dies decrescentes in principio Librae fiunt aequales, minima vero dies est in fine Sagittarii, et principio Capricornii; contrarie vero accidit iis, qui partes australes inhabitant.

Quarta conclusio: Quo aliqua regio septentrionalior est, dies maxima[3] complures habet horas, dies vero minima[4] pauciores. V.g. eis, qui habent 30 et prope unius graduum[1]

---

[1] *Obara* 3[m]

[2] *conieci ex* aliam, *Obara* aliam

[3] *correxi ex* maximae

[4] *correxi ex* minimae

the natural day begins from midnight and ends in midnight.

§ 2
On the inequality of days

We have greater difficulty about the artificial day. For it begins at the eastern point and ends at the western point, but is totally irregular. And all the days of the year are not equal in the same region, but rather, the very same day is known to be longer and shorter in the various provinces.

For the explanation of this phenomenon, it should be noted that the sun accomplishes 182 and a half circular movements or spirals on the ecliptic by the swift motion, or by the motion of the *primum mobile*, while it ascends from the beginning of Capricorn to the beginning of Cancer, and also accomplishes the same number [of circular movements or spirals] while returning from Cancer to Capricorn. Each one of these arcs or these circular movements constitutes one natural day; the half parts of the arcs which are above the horizon designate the artificial days, and the other half parts which are concealed designate the nights. Therefore if we assume in the heaven these 182 arcs or circles between two tropics, then it will be plainly evident that, in those regions where the half these arcs always appear and the [other] half are always concealed, the days will be always equal to the nights, whereas in those regions where they appear unequally, the days will be unequal.

From these suppositions comes the first conclusion: For those who live on the equator, or within the range of three or four degrees, the days are equal to the nights for a whole year. This is evident because they have the right sphere, and their horizon divides the heaven into two equal parts through the pole of the world. And, indeed, half those diurnal arcs will always appear to them, while the [other] half will always be concealed. Therefore the days will always be equal to the nights.

Second conclusion: Those who are several degrees distant from the equator, have the days equal to the nights only when the sun is on the equator, that is, at the beginning of Aries and Libra, but they have the remaining days unequal to the nights. This is evident because, as we have said above, they have the oblique horizon. The oblique horizon always has to divide the equator at oblique angles but into equal parts, and the remaining circles into unequal parts. Thence it happens that, if the sun is on the equator, it makes the days equal to the nights; but it does not, while it accomplishes the other circles or spirals. This will be plainly evident in the [material] sphere.

Third conclusion: For those who live somewhere to the north, the days always increase imperceptibly when the sun enters the sign of Capricorn, they are equal to the nights while it enters Aries, and those people have the longest day at the beginning of Cancer; and likewise, the diminishing days become equal to the nights at the beginning of Libra, but the day is shortest at the end of Sagittarius and the beginning of Capricorn; but the contrary happens for those who live in the southern part.

Fourth conclusion: The more to the north some region is, the more hours the longest

altitudinem poli, erit dies maxima 22 Junii, habebitque 14 horas; eis vero, qui habent altitudinem 36 graduum cum dimidio, erit eadem dies 14 horarum cum dimidia et caet. Dies vero minima prioribus erit 10 horarum, secundis vero 9 cum dimidia.

Notandum est enim quod, quanto dies maximi in aliquo loco crescunt supra 12 horas, tanto postea dies minimi erunt minores 12, vel clarius, quanta fuit nox maximi diei, tanta erit dies minimi diei, et quanta fuit dies maximi diei, tanta erit nox minimi diei.

Nomine autem diei intelligimus solum spatium, quo sol est supra hemispherium, non autem crepusculum, nomine vero noctis tempus[2], quo sol occultatur sub horizonte, etiam si sit crepusculum. V.g. hi, qui 22 die Junii habent diem 14, noctem vero 10 horarum, habebunt 22 die Decembris diem 10 horarum, noctem vero 14 horarum.

Ratio omnium horum est obliquitas horizontis in maiori accessu et recessu solis. In horizonte enim recto, ut diximus, aequaliter apparet[3] medietas omnium arcuum diurnorum. Quanto[4] vero polus v.g. arcticus elevatur, iam arcus diurni aequaliter apparent, hoc tamen ordine, ut quanto magis elevatur[5] polus supra horizontem, tanto v.g. circulus tropici Cancri maior appareat, circulus vero Capricornii minor, et sic de reliquis proportionaliter. Imo quanto pars Cancri apparet, tanta in Capricornio semper occultatur sub horizonte, et quanta pars Cancri occultatur, tanta in Capricornio apparet, ut in sphera materiali videri est. Unde fit ut, cum sol dictos circulos conficit, eam proportionem maximi **[f.10v]** diei ad minimum faciat, quam diximus in conclusione.

Quinta conclusio[6]: Qui habitant intra circulum arcticum, dies habent continuos et noctes continuas plures vel pauciores secundum quod magis aut minus ad polum accedunt. V.g. his qui directe sub polo sunt, 187 diebus plus minusve sol continuo lucebit, ii vero, qui in gradibus 67 sunt, non nisi 22 dies continuos sine nocte habent plus minusve. Ratio huius est quia, ut superius diximus, media semper caeli pars elevatur supra omnem horizontem ita ut a Zenith in omnem partem horizontis debeant esse 90 gradus. Unde fiet, ut illis, qui sub polo arctico fuerint, numquam 6 signa borealia occultentur, australia vero numquam appareant, sed linea aequinoctialis sit eorum horizon, cum a polo ad lineam sint 90 gradus. Atque ideo[7] quamdiu sol lustrat signa borealia, sol semper eis lucebit, cum vero australia discurrit, semper eis occultabitur, eritque nox. Eadem ratio est de reliquis, qui non sub polo, tamen intra circulum habitant. Qui enim habuerit v.g. altitudinem poli 69 graduum cum duobus tertiis, habebunt semper intra suum horizontem totos fere Geminos et Cancrum, sibique occultabuntur Sagittarius et Capricornius prope integri. Reliqui vero signorum arcus diurni secundum partes inaequales maiores vel

---

[1] *conieci ex* gradus, *Obara* gradus

[2] *Obara omisit* tempus

[3] *conieci ex* apparent, *Obara* apparent

[4] *correxit ex* quando, *Obara* quando

[5] *Obara* elevetur

[6] *correxi ex* conclusia

[7] *conieci ex* adeo, *Obara* adeo

day has, but the less hours the shortest day has. For example, for those for whom the height of the pole is nearly 31 degrees, the longest day will be July 22nd having 14 hours; but for those for whom the height of the pole is 36 and a half degrees, the same will be 14 and a half hours, etc.. But for the former, the shortest day will be 10 hours, and the latter, 9 and a half hours.

It should be noted that in any place the more the longest days increase over 12 hours, the more the shortest days will decrease less than 12, or in clearer terms, the night of the longest day will be as long as the day of the shortest day, and the day of the longest day will be as long as the night of the shortest day.

Under the name of "day", we understand solely the interval when the sun is above the hemisphere, not the twilight; under the name of "night", on the other hand, we understand the time when the sun is concealed under the horizon, even though it is twilight. For example, those who have a 14 hour day and a 10 hour night on June 22nd, will have a 10 hour day and a 14 hour night on December 22nd.

The reason for all these things is the obliquity of the horizon involving the greater access and recess of the sun. Because, as we have said, half the diurnal arcs appear equally in the right horizon. But the more the north pole, for example, is elevated, the same extant the diurnal arcs appear, but in such a way that the more the pole is elevated from the horizon, the more the tropic circle of Cancer, for example, appears, while the less the tropic of Capricorn does, and so on proportionally for the remaining. In reality, the more the part of Cancer appears, the more the part in Capricorn is always concealed under the horizon, and also the more the part of Cancer is concealed, the more the part in Capricorn appears, as is seen in the material sphere. Thence it follows that, when the sun accomplishes the above-mentioned circles, it forms that proportion of the longest day to the shortest, which we have spoken of in the conclusion.

Fifth conclusion: those who live within the arctic circle have continuous days and nights, more or less according as they are nearer or further to the pole. For example, for those who are directly under the pole, the sun will continuously shine for 187 days more or less, while those who are in the 67 degree, have only approximately 22 continuous days without night. The reason for this is that, as we have said above, the half part of the heaven is always elevated above all the horizon such that it is 90 degrees from the zenith to all parts of the horizon. Thence, it will happen that for those who are under the north pole, the 6 boreal signs will never be concealed, while the austral ones will never appear. But their horizon is the equator, since it is 90 degrees from the pole to the line. And, therefore, as long as the sun illuminates the boreal signs, it will always shine upon them, but when it runs through the austral ones, the sun will always be concealed from them and it will be night. The same reason is applied to the remaining people who live not under the pole but within the circle. Because those who have, for example, the pole of 69 and two third degrees high, will always have almost the whole of Gemini and Cancer within their horizon, and almost the whole of Sagittarius and Capricorn are concealed. But the remaining diurnal arcs of the signs will always appear to them according to

minores semper eis apparebunt. Unde cum sol Geminos et Cancrum lustrat, semper eis lucebit, eritque dies, quando vero Sagittarium et Capricornium, semper eis occultabitur, eritque nox. Reliquo autem anni tempore habebunt dies et noctes inaequales maiores vel minores iuxta supradicta. Idem proportionaliter dicendum est de reliquis.

Notandum tamen non esse regulam certam ut, quot fuerint dies continui in vere iis, qui sub polo arctico sunt, tot sint postea in hieme futurae noctes[1] continuae eisdem, quia sol velocius pertransit Sagittarium et Capricornium quam Geminos et Cancrum, ut capite sequenti dicemus. Notandum praeterea, quod licet illis, qui sub polo sunt, sol semper luceat 187 dierum spatio, eisque occultetur per 178 plus minusve, non tamen ideo tot dierum spatio noctem obscuram eos habere intelligendum est. Cum enim sol non multum ab illorum horizonte discedat, multum temporis durat crepusculum, ita ut postquam sol discessit ab eorum hemispherio per 40 vel 50 dies continuos duret crepusculum, et iterum antequam elevetur supra eorum horizontem, **[f.11r]** per totidem dies sentiatur crepusculum, sicut et nobis contingit in aurora et vespere. Sol enim aliquando per 14 vel 15 gradus occultatur infra horizontem, et tamen eius claritas sentitur in aere.

§ 3
De anno solario

Licet in dierum mensura una fuerit omnium sententia, ut a solis cursu desumatur, in mensium autem et annorum computatione maior fuit nationum varietas: quidam enim et annum et menses lunares conficiunt, quia lunae motus et varietates facile negotio cognoscuntur. Alii vero licet lunarem[2] mensuram non rejiciant, mensium tamen temporum, et annorum periodos non nisi a motu solis describunt, quod quidem melius est. Sol enim rex et mensura omnium astrorum est. Prius ergo de solari, deinde de lunari anno aliquid dicemus.

Solaris igitur annus est una et integra latio, quam motu proprio contra motum primi mobilis conficit sub toto Zodiaco. Sol enim, sicut et reliqui planetae, a primo mobili velocissime[3] trahitur, et 24 horarum spatio integram quandam spiram seu circulationem ab oriente in occidens conficit, interim tamen quotidie gradum ferme unum proprio motu ab occidente in oriens sub ecliptica discurrit. Unde fit, ut licet Zodiacus, ut supra diximus, vel[4] etiam ecliptica, quae via solis est, 360 tantum contineat gradus, quia tamen sol quotidie unum integrum gradum non conficit motu proprio sub ecliptica, 365 integros dies et quinque horas cum 49 minutis consumat, antequam integram unam circulationem sub Zodiaco conficiat, et ad eum punctum, a quo egressus est, revertatur. Haec ergo mora annus solaris ab astronomicis vocatur, dividique solet in quattuor partes aequales, quae quattuor tempora communiter dicuntur, ver scilicet, aestas, autumnus, et hiems.

---

[1] *correxi ex* noctis

[2] *correxi ex* lunares, *Obara* lunares

[3] *correxi ex* velocissimi, *Obara* velocissimi

[4] *Obara* et

unequal, longer or shorter, parts. Thence, when the sun illuminates Gemini and Cancer, it will always shine upon them, and it will be day, while when it illuminates Sagittarius and Capricorn, the sun will always be concealed, and it will be night. For the rest of the time in a year they will have unequal, longer or shorter, days and nights as have shown above. The same should be maintained proportionally for the remaining.

It should be noted, however, that there is no definite rule like "for those who are under the north pole, there would be as many continuous days in spring as continuous nights to come in winter", for the sun traverses faster through Sagittarius and Capricorn than through Gemini and Cancer, as we shall speak of in the following chapter. Moreover, it should be noted that, although the sun will always shine for 187 days and be concealed for around 178 days for those who are under the pole, we mush understand that they do not have as many dark nights for this reason. Because, when the sun does not depart from their horizon so much, twilight lasts very long, so that it lasts for 40 or 50 continuous days after the sun has departed from their hemisphere, and for as many days before it rises above their horizon, just as also happens to us in the dawn and evening. For when the sun is concealed under the horizon by 14 or 15 degrees, its brightness is perceived in the air.

§ 3
On the solar year

Although there had been a single opinion among all the people about the measure of the day, as it is derived from the movement of the sun, there have been, on the other hand, great national varieties about the computation of the months and years: for some take the lunar year and months, because the movement and varieties of the moon are understood easily. But others, though not rejecting lunar measure, describe the periods of months, seasons and years only by the motion of the sun. This is surely better, for the sun is the king and measure of all the stars. Therefore we shall say something about the solar year first, then about the lunar year.

The solar year is a single complete course, which the sun makes by its proper motion on the whole Zodiac against the motion of the *primum mobile*. For the sun, like the other planets, is dragged by the very swift *primum mobile* and makes a sort of total spiral or circulation from east to west in 24 hours, but, meanwhile, it moves nearly one degree from west to east every day by its proper motion on the ecliptic. Thence it follows that, although the Zodiac, as we have said above, or the ecliptic, which is the path of the sun, contains only 360 degrees, since the sun does not move one whole degree every day by its proper motion on the ecliptic, it spends whole 365 days, 5 hours and 49 minutes before it completes one whole circulation on the Zodiac and returns to that point from which it started. Therefore, this interval is called the solar year by astronomers and is accustomed to be divided into 4 equal parts, which are usually called 4 seasons, that is, spring, summer, autumn and winter. On the other hand, it is subdivided into 12 parts or months, but in such a way that 3 single months constitute one of the above-mentioned 4 seasons,

Rursusque subdividitur in 12 partes, seu menses, hoc tamen ordine, ut singuli 3 menses unum ex dictis quattuor temporibus constituant, et ex omnibus unus annus solaris resultet.

Sed in assignandis his mensibus annique principio, est aliqua varietas. Julius enim Caesar, primus Romanorum Imperator, annum solarem antiquum sic ordinavit, ut 365 dies cum 6 horis haberet, **[f.11v]** et ne 6 istae horae relinquerentur, cum sint quarta pars[1] diei naturalis, qui ex 24 constat horis, iussit ut quarto quoque anno dies unus intercalaris post diem 24 Februarii adderetur. Et quia dies ille[2] 6 a Kalendis Martii erat, bisque in Kalendario quarto quoque anno 6 Kalendis Martii repetebatur, ideo annus ille bissextus, seu bissextilis nuncupatus est.

Menses praeterea 12 taliter divisit[3], ut 7 ex illis 31 tribueret dies, Januario scilicet, Martio, Maio, Julio, Augusto, Octobri, et Decembro; quattuor vero aliis 30 tantum, Aprili[4] scilicet, Junio, Septembro, et Novembro; uni solo Februario 28 dies solos tribuebat, praeterquam[5] in anno bissextili, in quo 29 continebat dies; qui omnes, ut diximus, 365 dierum constituunt annum. Et licet in hac mensium divisione Julius Caesar motum solis sub singulis signis Zodiaci non attenderit, ut statim dicemus, hunc tamen ordinem, quia congruus et antiquus erat, usque modo servavit Ecclesia Romana, primumque anni diem Kal. Januarii cum antiquis constituit, et hoc quidem congruenter.

Conveniens enim erat, sicut de die naturali diximus, ut ab eo tempore annus numerari inciperet, quo sol incipit ad nos accedere diesque incipiunt paulatim maiores fieri[6], et tunc annus deficeret, quando sol ultimo a nobis discedit minimique fiunt dies, prout in solstitio brumali seu Capricornii, quod prope Kal. Januarii, 20 scilicet secunda dies Decembris incidit, contingit. Ex eo enim tempore sol ad nostrum revertitur hemispherium diesque paulatim conficiunt[7] maiores, ut diximus. Cui etiam accedit alia religionis ratio. Eo enim tempore Christus Dominus Salvator noster in carni mortali natus est, primumque Januarii diem, et mirifico Salvatoris Nomine et suo pretioso sanguine in circumcisione effuso mirabiliter insignivit, principiumque dedit reparationis operi, et ideo iure optimo dies haec primum in anno obtinet locum.

Verum astrologi longe aliter procedunt. Cum enim annus solaris via sit solis sub Zodiaco, et Zodiacus supradictas[8] in 12 divisus sit partes, sive signa, menses nihil aliud esse dicunt, quam spatium illud, quod sol consumit in unoquoque illorum signorum discurrendo ita, ut 6 signa sex menses, 12 vero 12 etiam menses constituant. Ut sciamus, quo tempore praedicti menses astronomici incipiant, notandum est communi omnium

---

[1] *correxi ex* parte, *Obara* parte

[2] *Obara* illa

[3] *conieci ex* divisi, *Obara* divisi[t]

[4] *correxi ex* Apliri

[5] *conieci ex* praeterque, *Obara* praeterque

[6] *addidi*

[7] *correxi ex* conficit, *Obara* conficit

[8] *conieci ex* supra dicta, *Obara* supradicta

and from all these results one solar year.

However, there is some variation of setting these months and the beginning of the year. For Julius Caesar, the first imperator of the Romans, had so arranged the solar year of ancient times that it had 365 days and 6 hours, and, in order to prevent those 6 hours from being left over, as they are one fourth of the natural day which is composed of 24 hours, had ordered one intercalary day to be added after February 24th every four years. Also, because that day was the 6th day counting from March 1st, and the 6th day before March 1st was repeated twice every four years in the calendar, that year has been called "bissextus", or "bissextile".

Moreover, he divided 12 months such that he assigned 31 days to 7 of them, that is, January, March, May, July, August, October and December; only 30 days to 4 others, that is, April, June, September and November; just 28 days solely to February other than in the bissextile year, in which February contained 29 days; all of which constitute a year of 365 days, as have been said. Although Julius Caesar did not direct his attention to the motion of the sun under each sign of Zodiac, as we will speak immediately, the Roman church has preserved this order up to the present, because it was ancient and suitable, and has set the first day of the year on January 1st together with the ancients, and this is in congruity.

For it was suitable that, as we have spoken about the natural day, we begin to count a year from that time when the sun starts coming closer to us and the days begin to be longer gradually and, then, we finish a year when the sun goes away from us and the days become shortest, as happens in the solstice of winter or Capricorn which is around January 1st, that is, December 22nd. For, from that time, the sun turns back to our hemisphere and the days get longer gradually, as we have said. Also, another religious reason is added to this. For Christ, our Lord and the Savior, was born around that time in mortal flesh, and he made January 1st special by the wonderful name of the Savior and his valuable bloodshed poured out in the Circumcision, and he bestowed the beginning of the work of reparation, and therefore, it is best that the day obtains the first place in a year .

However, astronomers employ a quite different procedure. For, since the solar year is the path of the sun on the Zodiac, and the Zodiac, as said above, has been divided into 12 parts or signs, they say that the months are nothing but that interval which the sun spends in passing each of those signs, so that 6 signs constitute 6 months, but also 12 signs 12 months. In order to know when the above-mentioned astronomical months begin, it should be noted that all astronomers have accepted by common observation that the sun

astrologorum observatione esse receptum solem hoc ordine signa intrare Zodiaci, **[f.12r]** ut primum gradum Arietis 21 die Martii ingrediatur, quem, ut statim dicemus, primum anni esse dicunt: cumque omnia signa 30 contineant gradus, paulatim singulos discurrit ita, ut 21 die Aprilis deserat Arietem, et ingrediatur Taurum, signum autem Gemini ingreditur 21 die Maii, Cancrum 22 die Junii, ubi fit solstitium vernale; Leonem vero 24 Julii, Virginem 24 Augusti, Libram 24 Septembris, ubi fit aequinoctium autumnale; Scorpionem ingreditur 24 Octobris, Sagittarium 23 die Novembris, Capricornium 22 Decembris, Aquarium 21 Januarii, Pisces vero 19 die Februarii. Initium vero anni ab eo puncto desumunt, quo sol primum Arietis gradum ingreditur; tum quia sol ibi in medio caeli existens incipit ad nos accedere, secundo quia ab eo tempore ver incipit, ut statim dicemus, omniaque florescerent, tertio quia in eo puncto, scilicet in puncto aequinoctii vernalis, mundus creditur fuisse creatus, ut tenent[1] D.Cirilus, Eusebius, D.Leo Papa, et alii. Unde congruum esse iudicant, ut annus ab eo tempore incipiat computari, in quo probabiliter creditur fuisse creatus. Ecclesia tamen in hoc, ut diximus, antiquam Romanorum servat consuetudinem propter rationes supra adductas.

Quattuor etiam anni tempora consequenter iuxta hunc ordinem distingunt, unicuique qualitates assignantes, ita ut cum sol Arietem ingreditur, ver incipiat, solque dum in his tribus signis moratur usque ad Cancrum, humiditatem et calorem influat, quibus mediis omnia virescere facit, in animantibus vero sanguini praedominatur, qui calidus et humidus est. Deinde cum sol Cancrum ingreditur, aestas incipit, et durat usque ad Libram, solque sua vicinitate et calore humores exsiccat[2], fructus maturescere facit, in animantibus vero humori[3] calido et colerico praedominatur. Rursus sole Libram ingrediente aestas desinit, autumnusque incipit, siccitatemque causat ex vi praeteriti[4] caloris, simulque frigiditatem in fine propter absentiam solis et vicinitatem[5] hiemis, unde et in animantibus humori melancolico et[6] terreo praedominatur; ultimo dum sol Capricornium ingreditur usque ad principium Arietis, est hiems, quae suis frigoribus et tempestatibus terram sterilem reddit, et in animantibus humori aqueo flegmaticoque praedominetur. Solentque etiam quattuor haec anni tempora hominum aetatibus accommodare, **[f.12v]** ita ut ver sit anni pueritia, aestas adolescentia, autumnus virilis aetas, hiems vero frigida senectus.

Quia vero mentionem fecimus de differentia anni Ecclesiastici et astronomici, obiter etiam dicemus, quae fuerit causa renovationis anni factae per S.Pontificem Gregorium 13 anno Domini 1582. Ex hac enim anni diversitate ortum sumpsit; cum enim anni periodus secundum veram computationem astronomorum 365 integros dies 5 horas, et 49 minuta tantum contineat, in anno vero communi et Ecclesiastico 6 integrae horae numerentur, fit

---

[1] *correxi ex* tenet, *Obara* tene[n]t

[2] *correxi ex* exciccat

[3] *correxi ex* humore, *Obara* humore

[4] *correxi ex* praeteritis

[5] *correxi ex* vicinitate, *Obara* vicinitate

[6] *addidi*

enters the signs of the Zodiac by such order that, first, it enters the first degree of Aries on March 21st and they say that this is the beginning of a year, as we shall mention immediately. And since all the signs have 30 degrees, the sun goes through each of them one by one so that it leaves Aries behind on April 21st and enters Taurus, and then enters the sign of Gemini on May 21st, and Cancer on June 22nd, where comes the summer solstice; Leo on July 24th, Virgin on August 24th, Libra on September 24th, where comes the autumnal equinox; then it enters Scorpius on October 24th, Sagitarius on November 23rd, Capricorn on December 22nd, Aquarius on January 21st, then Pisces on February 19th. They set the beginning of a year at the point where the sun enters the first degree of Aries, because the sun, staying there in the middle of the heavens, starts to come close to us; secondly because from that moment the spring begins and, as we shall mention immediately, all things begin to flourish; thirdly because at that point, that is, the point of the vernal equinox, the world is believed to have been created, as said by Cyril, Eusebius, Pope Leo and others. Thence, astronomers think it right that we count a year from that time when the world is plausibly believed to have been created. As for this, however, the Roman Church, as we have said, holds to the ancient custom of the Romans according to the reasons mentioned above.

Consequently, they also distinguish the four seasons of the year according to this order, assigning qualities to each of them, so that when the sun enters Aries, spring begins. When the sun lingers in these three signs down to Cancer, it increases humidity and heat through which it makes all the things green; while in animals the blood predominates, which is hot and humid. Next, when the sun enters Cancer, summer begins and continues all the way to Libra. The sun dries up the humor by its vicinity and heat and makes fruit ripen; while in animals the hot and choleric humor predominates. When the sun enters Libra, summer finishes and autumn begins. It produces dryness from the power of the earlier heat. At the same time, it produces frigidity in the end because of the recession of the sun and the coming of winter. Thence the melancholic and earthy humor predominates also in animals. Finally, while the sun enters Capricorn until the beginning of Aries, it is winter. It turns the earth sterile by its own coldness and weather, and the watery and phlegmatic humor predominates. People often relate these four seasons of the year to the lifetime of human beings, so that, of a year, spring is childhood, summer is adolescence, autumn is the age of maturity and cold winter is old age.

Since we have mentioned the difference between the Ecclesiastical and the astronomical year, we will take this opportunity to mention what was the reason for the renovation of the calendar performed by the Supreme Pontiff Gregory XIII in 1582 A.D. For it originated from the following diversity of the years: for, since the period of a year is only 365 whole days, 5 hours and 49 minutes according to the true computation of astronomers, but 6 whole hours are enumerated in the common and the Ecclesiastical

ut annus Ecclesiasticus maior sit vero anno et[1] astronomico minutis prope 11. Indeque resultat, ut equinoctia et solstitia quotannis totidem minutis sedem suam anticipent, ita ut si v.g. hoc anno fuit equinoctium vernum 21 die Martii hora 12, sequenti anno 11 prope horae minutis, antequam annus Ecclesiasticus expleatur, erit equinoctium. Annus enim hic communis totidem minutis, ut diximus, maior est anno vero et astronomico, et sequenti anno similiter continget, eruntque in 2 annis 20 prope duo minuta, quae sic multiplicata in 400 annis 3 prope dies conficient, ita ut post 400 annos aequinoctium vernale[2] non iam in 21 diem Martii incidat, sed in 18 diem eiusdem mensis vel prope. Atque ita compertum est, ut cum dictum equinoctium temporibus Concilii Niceni (quod fuit celebratum anno 325 a nativitate Christi Domini) in dicta 21 die Martii contingeret, propter istam minutorum 11 multiplicationem, iam nostris temporibus, anno scilicet 1582, non nisi 11 die Martii contingeret, solstitium vero Cancri 12 die Junii, equinoctium autumnale 14 die Septembris, solstitium vero brumale 12 die Decembris etc.. Tot enim dies propter illa 11 minuta superaddita quotannis accreverant ad haec usque tempora. Ut ergo Ecclesia propter usum festorum mobilium huic maximae varietati remedium abhiberet, aequinoctiaque et solstitia in proprias reduceret sedes, gravissimo habito consilio anno 1582, 10 dies, qui ex praedictis 11 minutis multiplicatis false accreverant, ademit, ita ut eo anno 1582 post quartam diem Octobris sequens dies quinta decima diceretur, atque ita factum est, ut tunc aequinoctia in primam et vicesimam diem Martii, et 24 diem Septembris incidant, sicut temporibus Concilii Niceni contingebant, et ne deinceps similis contingeret error, praeceptum est, ut in 400 annis 3 anni bissextiles[3] omitterentur ita, ut licet secundum ordinem bissexti 366 dies deberent habere, non nisi 365,5 horas **[f.13r]** et 49 minuta continerent. Haec de anno solari.

§ [4]
De anno lunari

Ut de anno lunari aliquid dicamus, notandum prius est lunam corpus esse perfecte sphericum, quod de se luminosum non est, sed densum, opacum, aptumque ut a maxima solis reverberatione claritatem et splendorem accipiat, et quidem sphericam habere figuram, vel experientia ipsa constat; numquam enim in alia figura visa est, sive in plenilunio, sive in quolibet alio die, nisique rotunditatem referat et ostendat. Quod vero eius media pars, quae directe aspectui solis opponitur, ab ipso sole illuminetur, multis etiam experientiis patet, tum quia in tertia die lunae vel prope, ea sola pars inferior lunae, quae soli opponitur[4], apparet illuminata, reliquum vero corpus sub obscurum remanet, praecipue circa centrum ipsius lunae, in circuitu tamen aliquam claritatem per modum coronae ostendit, ita ut manifeste rotunda esse videatur, nobisque indicet eius superiorem

---

[1] *addidi*

[2] *Obara* vernalem

[3] *correxi ex* bissextilis

[4] *in margine habet* ab ipso sole … quae soli opponitur

year, it happens that the Ecclesiastical year is longer than the true and the astronomical year by about 11 minutes. Thence it follows that the equinoxes and solstices of every year anticipate their own places by the same number of minutes, so that if, for example, the vernal equinox is at 12 o'clock of March 21st this year, in the next year the equinox will fall about 11 minutes of an hour before the Ecclesiastical year finishes. For the common year, as we have said, is longer than the true and the astronomical year by the same number of minutes. Likewise, this will happen also in the following year. They will amount to about 22 minutes in two years and, if multiplicated in this manner, to about 3 days in 400 years. Thus, 400 years later, the vernal equinox would no longer fall on March 21st, but on or around 18th of the same month. Also, it is certain that if the vernal equinox had fallen on the very March 21st at the time of the Nicene Council (which was held in 325 A.D.), the same equinox would never fail to fall on March 11th in our time, that is, in 1582, because of this multiplication of 11 minutes, while the solstice of Cancer would be on June 12th, the autumnal equinox on September 14th, the winter solstice on December 12th etc.. For, because of these 11 minutes accumulated every year, this number of days has been augmented towards our time. Therefore, in order to administer a remedy for this great discordance for the determination of the movable feasts and to put the equinoxes and solstices back to their own places, the Ecclesia removed 10 days, which had accumulated falsely from the multiplication of the above-mentioned 11 minutes at the Grand Council held in 1582, so that the next day of October 4th should be the 15th in this year. Thus, it follows that now the equinoxes fall on March 21st and September 24th as they did at the time of Nicene Council. Moreover, in order for the same error not to happen thereafter, it is ordained that 3 bissextiles should be omitted in 400 years, so that bissextiles would have only 365 days, 5 hours and 49 minutes, although they must have 366 days according to the custom of the bissextile. So much concerning the solar year.

§ 4
The luar year

In order to say something about the lunar year, it should be noted first that the moon is a perfect spherical body, which is not luminous on its own, but dense, opaque and suitable for receiving brightness and brilliance by the great reflection of the sun. Indeed, it is evident rather by experience itself that it has a spherical figure, for it has never been seen in another figure, whether on the day of full moon or on any other day, and it represents and shows only rotundity. However, it is evident from much experience that the half part [of the moon], which is in direct opposition to the sun, is illuminated by the sun itself. This is firstly because only that lower part of the moon, which is facing the sun, appears bright on or around the 3rd day of the moon [=lunar month], but the remaining part stays in the dark, especially around the center of the moon. But it shows some brightness in the periphery like a coronary form. Thus, it is clear that the moon is completely round and this shows us that its upper part, which is facing to the sun, is illuminated, although we

partem, quae solis obtutui patet, illuminatam esse, licet propter corporis sui opacitatem a nobis videri non possit nisi secundum eam partem, quae versus nos est. Tum etiam, quia non semper luna apparet tota luminosa, sed quo magis discedit a sole eique opponitur, magis illuminata apparet, ita ut cum sub sole est vel ei propinqua, vel nullam vel minimam claritatem videatur habere, sed quo magis ab eo discedit clarior appareat, et hoc secundum eam partem, quae soli propinquior est. Quando vero omnino illi opponitur, omnino illuminata videtur, quasi directe claritatem solis recipiat in ea parte inferiori, quae versus nos est; iterumque, quo magis soli appropinquat, eius superior pars illuminatur, inferior vero obscuratur. Quod signum est eam de se luminosam non esse, sed lumen suum a sole recipere. Quod etiam experientia patet in eclipsibus, ut in sequenti capite dicemus.

Luna ergo sicut et omnes alii planetae impulsu primi mobilis quotidie ab oriente trahitur in occidens, sed ipsa nihilominus[1] omnium velocissima suum naturalem motum conficit sub Zodiaco 27 dierum spatio cum 8 ferme horis, ita ut 13 gradus plus minusve suo naturali cursu quotidie[2] perficiat ab occidente in oriens, atque fit ut, si v.g. hodie luna a principio Arietis exeat, post 27 dies et horas ferme 8 ad eundem Arietis punctum revertatur. Ab hoc ergo naturali cursu lunae aliqui menses et annum conficiant lunarem. Est tamen advertendum, quod huiusmodi mensium et anni lunaris **[f.13v]** principium vel etiam periodos ab aliquo Zodiaci vel caeli puncto fixo desumi non posset, sicut diei solaris principium a puncto mediae noctis, mensium vero ab ingressu solis in signa Zodiaci, anni quoque solaris principium a principio Arietis desumi diximus. Sed unam lunam vel unum mensem lunarem ab una eius coniunctione cum sole in aliam usque coniunctionem connumerant, ita ut ab eo puncto, quo luna intra eundem gradum Zodiaci cum[3] sole est (licet non sit sub ecliptica), mensis lunaris incipiat, eiusque medietas sit, dum luna e diametro opponitur soli, mensisque finiatur, cum luna iterum ad coniunctionis punctum convertitur estque intra eundum gradum Zodiaci cum sole; unde fit, ut una lunae circulatio integra, quam sub toto Zodiaco motu naturali efficit, non constituat unum mensem integrum lunarem, sed ulterius requiritur, ut solem insequatur quousque cum illo coniunctionem efficiat ut, si v.g. in principio Arietis facta est lunae coniunctio cum sole, mensis lunaris incipit, post 27 dies et 8 fere horas luna motu suo retrogrado totum Zodiacum circumiens ad eundem Arietis punctum convertetur, sed quia hoc dierum spatio sol etiam motu suo retrogrado 27 gradus conficit, necessarium est, ut luna 2 fere diebus eosdem gradus suo motu naturali conficiat, ut solem assequatur, et tunc fiet unus mensis lunaris constans 29 diebus et horis fere duodecim.

Annus vero solaris constat ex 12 mensibus lunaribus, ita ut post 12 coniunctiones solis cum luna annus unus lunaris censeatur absolutus, qui ex 354 diebus constabit: viginti

---

[1] *Obara* nihilomines

[2] *conieci ex* quodie, *Obara* quo[ti]die

[3] *conieci ex* sub, *Obara* sub

can only see that part which is facing us because of the opacity of its own body. Secondly, because the moon does not always appear totally luminous but the more it stays away from the sun and reaches opposition to the sun, the more it appears illuminated. Thus, when it is under or near the sun, it is evident that the moon has no or minimal brightness, but the more it stays away from the sun, the brighter it appears in regard to that part which is nearer to the sun. Indeed, when the moon is exactly opposite to the sun, it is seen to be completely illuminated, as if it would directly receive the brightness of the sun in that lower part, which is facing us. Moreover, the closer it comes to the sun, the more its upper part is illuminated, and its lower part is darkened. This shows that the moon is not luminous by itself, but receives its light from the sun. This is also evident by experience in eclipses, as we shall mention in the following chapter.

Therefore the moon, like all the other planets, is dragged from east to west every day by the impulse of the *primum mobile*, but nevertheless the moon itself, the fastest of all planets, completes its own natural motion on the Zodiac in 27 days and about 8 hours. Thus it would move 13 degrees or so every day from west to east by its own natural motion and, also, it happens that if, for example, the moon leaves the beginning of Aries today, it would return to the same point of Aries after 27 days and about 8 hours. Therefore, some constitute the lunar months and year from this natunal motion of the moon. It should be noted, however, that we can select neither the beginning of these lunar months and year nor the periods from some fixed point of the Zodiac or the heaven, as we have said that we can select the beginning of the solar day at the point of midnight, of the solar months by the entry of the sun into the signs of the Zodiac and also of the solar year at the beginning of Aries. But people count a "moon" or a lunar month from its one conjunction with the sun to another, so that the lunar month begins from that point at which the moon is on the same degree of the Zodiac as the sun (although it is not exactly on the ecliptic), and its middle is when the moon is diametrically opposite to the sun, and it would end when the moon returns to the point of conjunction again and is on the same degree of the Zodiac as the sun. Thence it happens that one perfect revolution of the moon by the natural motion on the whole Zodiac would not constitute one whole lunar month, but it further requires that the moon pursues the sun until conjunction. Thus if, for example, at the beginning of Aries the conjunction of the moon with the sun has occurred, i.e. the lunar month begins, the moon, going around the whole Zodiac by its own retrograde motion, would return to the same point of Aries after 27 days and about 8 hours, but since the sun moves 27 degrees by its own retrograde motion in the meantime, it is necessary that the moon moves through the same degrees for about 2 days by its own natural motion in order to catch up with the sun. Then, there will be one lunar month, comprising 29 days and 12 hours.

The solar year is composed of 12 lunar months. Thus, one complete lunar year, which is composed of 354 days, is reckoned after 12 conjunctions of the sun with the moon, for

enim novem dies cum dimidio duodecies[1] multiplicati eundem fere numerum conficiunt; quod si annum istum lunarem cum anno solari conferamus, videbimus 11 diebus illo minorem esse, qui 11 dies tertio quoque anno 33 dies conficiunt; atque ideo[2] ubi haec mensura anni lunaris est, tertio quoque anno unus mensis intercalaris addendus est, sicut superius de anno bissextili diximus, et amplius 3 dies erunt superstites, ut cum 11 sequentis anni coniungantur, ex quo Epactae numerus pro festis mobilibus communiter desumitur ab Ecclesia.

§ [5][3]
De climatibus et de diversis regionibus

[f.14r] Ex iis, quae diximus § 2 de inaequalitate dierum, et in tertio[4] de quattuor temporum initiis aliqua colliguntur; cum enim dixerimus eandem diem maximam, v.g. alteram et vicesimam Junii, plures vel pauciores continere horas, secundum quod magis aut minus regio aliqua polo propinquior fit, colligunt […][5] diversa esse assignanda climata regionum, ita ut spatium illud, in quo dies maxima excedit per mediam partem horae magnitudinem diei, qui in aliis regionibus observatur, clima unum constituat. Et quia, ut diximus, habitantes sub equinoctiali vel prope habent semper dies aequales cum noctibus, etsi quae differentia[6] maximi ad minimum diem non est nisi aliquorum minutorum. Propterea incipientes ab iis, qui habent altitudinem poli 12 graduum cum 43 minutis, dividunt terras in 23 climata usque ad eam partem, quae habet altitudinem poli 66 graduum cum dimidio et plus; nam usque ad istum locum secundum varietatem climatum eadem dies maxima maior est per spatium dimidiae horae, et minima minor est per spatium etiam dimidiae horae. In gradu autem 66 cum dimidio et plus eadem dies maxima noctem non habet, sed 24 horarum est dies artificialis. Unumquodque autem clima totum mundum ab oriente in occidens ambit ita ut, si v.g. a gradibus 12 usque ad 20 sit unum clima, omnes, qui in toto mundo sub his gradibus sunt, idem clima habere dicantur. Totidem vero climata et eodem ordine in parte australi ponenda sunt. Verum est tamen, quod non omnia climata habent eandem amplitudinem, sed quo magis polo propinqua sunt, eo pauciores gradus et minuta continent. Ut v.g. a gradibus 12 cum 43 minutis usque ad gradus viginti[7] cum dimidio fit unum clima primum, et tamen continet in se 7 gradus cum 50 minutis, et tamen clima 14 non nisi unum gradum et unum minutum continet, ut videre est in tabella climatum.

---

[1] *correxi ex* duodeties, *Obara* duodeties

[2] *correxi ex* adeo, *Obara* adeo

[3] *Obara* 4

[4] *correxi ex* quarto, *Obara* quarto

[5] *non legitur*, *Obara* diversis

[6] *post* differentia *scripsit et delevit* est, *Obara addidit* est

[7] *correxi ex* gradum 20^{m}, *Obara* gradum 20^{m}

29 and a half days times 12 constitute almost the same number. If we compare this lunar year to the solar year, we will see the former is 11 days shorter than the latter. These 11 days would constitute 33 days every 3 years, and therefore when this mensuration of the lunar year is involved, one intercalary month should be added every 3 years, as we have said above about the bissextile year, and another 3 days will be left over, so that they will be added to the 11 days of the following year, from which the Church generally selects the number of the Epact for the movable feasts.

§ 5
On the *climas* and the various regions

From what we have said about the inequality of days in § 2 and about the beginnings of four seasons in § 3 follow some conclusions. For, as we have said that the same longest day, for example, June 22nd, would have more or less hours depending on whether some region is nearer to or further from the pole, they [astronomers] conclude that different *climas* of regions should be so assigned that the space, in which the longest day exceeds the length of the day observed in other regions by half an hour, would constitute one *clima*. Also, as we have said, the inhabitants on or near the equinoctial always have the day equal to the night, although the difference between the longest and shortest day is only of some minutes. Therefore those people divide the earth into 23 *climas*, counting from the places which have the latitude of 12 degrees and 43 minutes to that part of 66 and a half degrees or more, for, up to that place, the longest day is longer by half an hour and the shortest day is shorter by half an hour, too, according to the variety of the *climas*. On the latitude of 66 and a half degrees or more, the longest day does not have night, but the artificial day has 24 hours. Each *clima* surrounds the whole world from east to west, so that if, for example, one *clima* is from 12 to 20 degrees, all the places which are under those degrees in whole world are said to have the same *clima*. But just as many *climas* should be placed in the southern part in the same order. It is true, however, that not all the *climas* have the same amplitude, but the closer they are to the pole, the less degrees and minutes they have. Thus, for example, the first *clima* is from 12 degrees and 43 minutes to 20 and a half degrees and has 7 degrees and 50 minutes in itself, whereas the 14th *clima* has only 1 degree and 1 minute, as can be seen in the table of the *climas*.

Ultimo, quia de quattuor temporum periodis superius egimus, notandum est non esse id universale in omnibus regionibus, sed in diversis diversa contingere. Hi enim qui sub equinoctiali sunt, perpetuum habent equinoctium, sol bis in anno supra illorum Zenith transit. Quatuor habent solstitia, duo alta et 2 ima. Cum enim solstitium nihil aliud sit, quam ultimus accessus et recessus solis ab uniuscuiusque Zenith, sol bis in anno existens in equinoctiali efficiet[1] illis 2 alta solstitia, i.e. tunc maxime ad illorum caput accedit; deinde cum sol fuerit in Cancro **[f.14v]** et Capricornio, tunc efficiet alia duo ima solstitia, i.e. tunc maxime ab illorum Zenith elongabitur. Habent et consequenter duas aestates[2] in anno totidemque hiemes, si aestas accessum solis, eiusque maximum calorem dicit, et hiemes recessum solis calorisque remissionem. Quarto habent quatuor umbrarum differentias, mane versus occidentem, vespere versus orientem, in meridie vero versus septentrionem, si sol est in parte australi, nullam, si sol est in aequinoctiali, et si est in signis septentrionalibus, umbram habebunt versus austrum. Ultimo, omnia astra omnesque caeli partes continuo eis oriuntur et occidunt, exceptis polis arctico et antarctico, quia scilicet spheram et horizontem habent rectos transeuntes per polos mundi.

Idem proportionaliter[3] dicendum est de his, qui intra utrumque tropicum sunt, duobus exceptis, unum quod non habent perpetuum equinoctium, sed aliquando dies habent inaequales, ut superius diximus; aliud est quod non omnia astra nec omnes partes caeli sibi oriuntur et occidunt, cum habent horizontem obliquum. Hi vero, qui directe sub tropico Cancri sunt, duo tantum habent equinoctia, duoque solstitia, et 4 temporum differentias iuxta ordinem supradictum § 4; sed semel in anno sol ascendit supra illorum caput, in principio scilicet Cancri; et idem proportionaliter dicendum est de omnibus aliis, qui ab hoc tropico in circulum usque arcticum habitant, uno excepto, quod numquam sol supra eorum caput ascendit. De his vero, qui sub utroque circulo arctico et antarctico sunt, iam dictum est, quod dies plures et noctes continuas habent. Sed de iis, qui a tropico Capricornii usque ad antarcticum circulum habitant, solum notandum videtur, quod habent quidem quattuor temporum differentias, contrario tamen modo ac nos habemus ita, ut hiems nostra illorum sit aestas, ver nostrum illorum autumnus, aestas nostra illorum hiems, autumnus noster illorum ver, quia omnino nobis oppositi sunt.

De solis et lunae eclipsibus, deque astrorum et caelorum magnitudinibus Cap. 5[4]

Communis omnium astronomorum et philosophorum sententia est eclipsim solis nihil aliud **[f.15r]** esse praeter interpositionem lunae inter solem et nos. Cum enim luna corpus

---

[1] *Obara* eficiat

[2] *correxi ex* aestas, *Obara* aestas *et addidit* (sic!)

[3] *correxi ex* porportionaliter

[4] *hinc a manu alia scriptum est*

Lastly, since we have investigated the periods of four seasons above, it should be noted that there is no universal thing in all regions, but different things happen in different regions. For, [1] those who are on the equinoctial have perpetual equinox: the sun traverses over their zenith twice in a year. [2] They have four solstices: two are high and two are low. For since the solstice is nothing but the sun's ultimate access to and recess from each zenith, the sun, which is on the equinoctial twice in a year, will produce for them two high solstices, i.e. at that time the sun reaches their head the most. Then when the sun is in Cancer and Capricorn, it will produce another two low solstices, i.e. at that time it is most distant from their zenith. [3] Consequently, they would have two summers and as many winters in a year, if summer means the access of the sun and its maximum heat, and winter the recess of the sun and the remission of the heat. [4] Fourthly, they have four differences of shadows: toward the west in the morning; the east in the evening; the north at noon if the sun is in the sourthern part; none if the sun is on the equinoctial; and they will have a shadow toward the south if the sun is in the northern signs. [5] Lastly, for those people, all stars and all parts of the heaven continuously rise and set, except northern and southern poles, because they have the right sphere and right horizon which are passing through the poles of the world.

The same should be said proportionately for those who are between each tropic but with the two exceptions: one is that they do not have perpetual equinox but sometimes have unequal days, as we have said above; the other is that, for them, neither all stars nor all parts of the heaven rise and set, since they have the oblique horizon. In fact, those who are directly on the tropic of Cancer have only two equinoxes, two solstitices and the differences of 4 seasons according to the order mentioned above in § 4: but once in a year, the sun rises above their head, that is at the beginning of Cancer. Moreover, the same should be said proportionately for all the others, who live from this tropic circle to the arctic circle with one exception: the sun never rises above their head. For those who are on the arctic and antarctic circle, we have already said that they have many continuous days and nights. But for those who live from the tropic of Capricorn to the antarctic circle, it should be only noted that they have, indeed, differences of 4 seasons, but in the contrary way: and so we conclude that our winter is their summer, our spring their autumn, our summer their winter and our autumn their spring, because they are entirely opposite to us.

Chapter 5
The solar and lunar eclipses and the magnitude of the stars and heavens

The common opinion of all astronomers and philosophers is that [1] a solar eclipse is none other than the interposition of the moon between the sun and us, for the moon is an

sit opacum, sic interposita, impedit radios solis, ne directe terram illuminent[1]; lunae autem eclipsim interpositionem esse terrae inter solem et lunam, ita ut umbra terrae impediat radios solis, ne lunam attingant et illuminent. Et quidem utrumque ipsa experientia manifestissimum est, tum quia eclipsis solaris nunquam nisi in coniunctione lunae fieri contingit, et tum instrumentis, aut etiam in vase aqua pleno lunare corpus soli interpositum aliquando representari contingit. De lunari etiam manifestum est. Nunquam enim nisi[2] in oppositione seu in plenilunio fit. Et tali oppositione, ut e[3] diametro sol et luna directe opponantur[4] terra in medio utriusque exsistente. Sed licet hoc verissimum sit, ut melius tamen intelligatur aliqua prius adnotabimus.

§ [1]

Primo ergo supponimus cum communi astronomorum sententia solem esse veluti fontem luminis, ita ut ab eo non solum luna, verum etiam omnia caeli astra suam participent claritatem. De luna quidem evidentissimum est. Ex diversitate enim aspectuum ad solem aliquando media, aliquando vero plena claritate apparet, ut capitulo 4 diximus. Sed de reliquis stellis eadem videtur ratio esse. Idemque probant[5] inter alia solis immensa claritas, qua medium mundum hunc inferiorem semper aequaliter et intensissime illuminat: et[6] debilitas item luminis stellarum, quae in eius conspectu sunt quasi non sint. Deinde experientia, planetae enim et reliquae stellae, quo propinquiores sunt soli, quando apparent, maiorem claritatem ex eius vicinitate videntur effundere; unde stellae communiter cristallo aut carbunculo assimilantur, quae licet ex se aliquam habeant claritatem, soli tamen oppositae multo maiorem effundunt claritatem. Comparantur etiam speculo, quasi in se solis imaginem et splendorem recipiant et repraesentent.

Secundo notandum quod licet terra simul cum aqua immensae magnitudinis esse videatur, sole tamen multo minores sunt, maiores tamen luna. Quod praeter rationes subtilissimas, quibus id probat Ptolemeus, ex ipsa terrae umbra facillime comprobari potest. Si enim sol minor esset terra, umbra terrae in infinitum protracta semper augeretur fieretque maior, atque adeo impediret solis radios, ne partem contrariam posset illuminare, unde magna stellarum pars continuo eclipsaretur. Quod falsum esse experientia demonstrat. Et idem inconveniens sequitur, si sol terrae esset aequalis. Licet enim umbra tunc non augeretur, in infinitum tamen protracta semper aliquas stellas deberet eclipsare. Quod nunquam contigit, et utrumque in figuris patebit.

[f.15v] [Fig. 11,12] Deinde quia, si sol multo minor esset terra, cum ab ea longissime

---

[1] *correxi ex* illuminet

[2] *Obara omisit*

[3] *correxi ex* est

[4] *scripsit* opposi nantur *et delevit* si

[5] *Obara* probat

[6] *addidi*

opaque body, being thus interposed, it hinders the sun's rays from illuminating the earth directly. And [2] that the lunar eclipse is none other than the interposition of the earth between the sun and the moon so that the shadow of the earth hinders the sun's rays from reaching and illuminating the moon. Indeed, both are clearly evident by experience itself, partly because the solar eclipse never occurs except in conjunction with the moon, partly because the body of the moon interposed between the sun [and us] sometimes happens to be seen in instruments or in a vessel filled with water. It is also manifest as to the lunar eclipse, for it never happens except in opposition or at full moon. In such opposition, the sun and the moon are diametrically opposite, while the earth is in the middle of them. Although this is certainly true, we will make some remarks in advance for our better understanding.

§ 1

Firstly, we suppose that, in agreement with the common opinion of astronomers, the sun is like a fountain of light so that not only the moon but also all the stars of the heaven receive their brightness from the sun. As for the moon, this is clearly evident, for it sometimes appears as half and sometimes full in its brightness according to the diversity of the aspects with regard to the sun, as we have mentioned in chapter 4. And the same reason seems to hold true for remaining stars. Among other things the same is proved by the immense brightness of the sun, by which it always illuminates the lower half of this world equally and intensely, and by feebleness of the lights of stars, which are almost non-existent when they are faced by the sun. Next, this is proved by experience, because the closer the planets and remaining stars come to the sun, the brighter light they are seen to send forth from its vicinity to the sun when they appear. Thence, stars are usually compared with a crystal or carbuncle: although possessing some brightness by themselves, they set forth much more light when in opposition to the sun. They are also compared to a mirror, as they receive and represent the image and brilliance of the sun in themselves.



Fig. 11,12

Secondly, it should be noted that although the earth, together with water, is thought to be of immense magnitude, it is much smaller than the sun and bigger than the moon. This can easily be confirmed by the shadow of the earth, leaving aside the ingenious reasons by which Ptolemy proves it. Because if the sun were smaller than the earth, the shadow of the earth, protracted *in infinitum*, would always increase and become wider. Eventually, it would

distet, eo maiorem deberet umbram terrae facere, quo minor ipse existeret sol, atque ideo[1] contingeret, ut aliquando eclipsis lunae per 6 et 7 horas duraret, quamdiu scilicet spatium illud caeli obumbratum percurrit. Quod nunquam est visum. Est ergo sol multo maior terra, ita[2] enim fiet, ut umbra terrae interpositae formam habeat piramidis, paulatimque minor ac minor fiat quousque in punctum indivisibile desinat, atque ideo[3] nec planetas, nec stellarum caelum attingere possit aut eclipsare. Et ex hoc maxime cognoscitur summa solis distantia a terra. Res enim licet maxima sit, tunc solum minima videretur, cum longissime a visu nostro distat. Cum ergo sol multo maior sit terra, et in minima quantitate videatur, signum est, quod a nobis longissime distat.[4]

De luna vero, quod minor sit sole, manifestum est etiam. Licet enim multo propinquior sit nobis quam sol ab eoque maxime distet, in eclipsi tamen solari contingit saepe, ut paragrapho sequenti dicemus, totum corpus lunare interponi inter nos et solem, et adhuc non eclipsari totum solem, sed circulum quendam claritatis per modum coronulae in circuitu apparere. Quod fieri nequaquam posset, si luna vel aequalis vel maior sole esset. Corpus enim aequale vel maius luminoso interpositum inter illud et nos facile luminosum corpus totaliter occultat, ut experientia patet. Idem etiam **[f.16r]** comprobari posset[5] ex eo, quod superiori diximus in secunda vel tertia die lunae coronulam quandam claritatis in circuitu videri. Hoc enim indicat solem quia maior est[6] luna plus quam eius dimidietatem.

Deinde[7] luna multo minor sit sole et terra. Evidenter constat ex eo, quod umbra terrae, ut diximus, quanto magis protrahitur seu quanto magis elongatur a terra, tanto minor efficitur quousque in puncto efficiat per modum piramidis, et tamen tota luna occultatur seu eclipsatur a umbra terrae, eiusque eclipsis aliquanto temporis spacio durat. Signum ergo est terram multo maiorem esse luna. Si quidem ipsa terrae umbra maxime contracta sufficiat ad totum eius corpus occultandum, et ex consequenti, luna multo minor erit sole. Sol enim ut diximus multo maior est quam terra.

De orbibus planetarum
[§ 2]

Tertio praeterea notandum multis observationibus et rationibus coactos fuisse astrologos, ut assererent unumquemque orbem planetarum ex pluribus partialibus[8] orbibus constare,

---

[1] *correxi ex* adeo, *Obara* adeo

[2] *post* ita *delevit* ut

[3] *correxi ex* adeo, *Obara* adeo

[4] *hinc a manu alia scriptum est*

[5] *correxi ex* possem, *Obara* possem

[6] solem quia maior est] *sic. Obara* solem quod maior est

[7] *post* Deinde *Obara addidit* [quod]

[8] *conieci ex* partibus, *Obara* partibus

hinder the sun's rays from illuminating the opposite side, and thence a major part of the stars would always be eclipsed. Experience shows this is false. Moreover, the same inconvenience follows if the sun were as large as the earth, for although it would not increase in this case, the shadow, protracted *in infinitum*, would always have to eclipse some stars. This never happens, and both cases will be evident in the figures.

Next, if the sun were much smaller than the earth and the former is so far away from the latter, the smaller the sun is, the larger the shadow of the earth it would make. Therefore, it could happen that sometimes the lunar eclipse would continue for 6 and 7 hours while the moon passes through the overshadowed space of the heaven. This has never been observed. Therefore the sun is much bigger than the earth: and thence it will follow that the shadow of the interposed earth has a pyramidal form, and it becomes smaller and smaller until it comes to an end at an indivisible point. Therefore, it can neither reach nor eclipse both the planets and the starry heaven. From this speculation, moreover, we reasonably recognize the great distance of the sun from the earth. Because, even though something is very big, it would look small only when it is very far from us. Therefore, since the sun is much bigger than the earth and is seen to be very small, we notice it is very far from us.

It is also manifest that the moon is smaller than the sun. Because, although the moon is much closer to us than the sun and is very far from it, it often happens at solar eclipse that although the whole body of the moon is interposed between the sun and us, the whole sun is not eclipsed but a circle of light appears in coronary form at the periphery, as we shall see in the subsequent paragraph. This could never happen, if the moon were as big as or bigger than the sun. For the body which is as big as or bigger than a luminous thing, interposed between the thing and us, would easily and entirely conceal the luminous body, as is evident by experience. The same could be proved from what we said above that some coronary form of light is seen at the periphery on the second or third day of lunar month, for this shows that the sun is one and a half times bigger than the moon[?].

Next, the moon is much smaller than the sun and the earth. This is clearly evident by the following: as said above, the more the shadow of the earth is extended or elongated from the earth, the smaller it becomes until it comes to point in a pyramidal form; but the whole moon is occulted or eclipsed by the shadow of the earth and the eclipse continues for a certain interval of time. Therefore, this indicates that the earth is much bigger than the moon. If, indeed, the shadow of the earth, even when it is very much contracted, is enough to occult the whole body of the moon, it follows that the moon is much smaller than the sun, for the sun is much bigger than the earth, as we have said above.

§ 2
On the orbs of the planets

Thirdly, it should be noted that astronomers had been forced, from many observations and reasons, to assert that each orb of the planets is contituted of several partial orbs, whose

quorum crassities[1] inaequales sint[2], ita ut ex una parte crassiores[3], ex alia vero subtiliores sint, quos eccentricos et concentricos vocant, ut statim dicemus. Nec hoc a modernis authoribus adinventum est. Feretur enim Pitagoram multo antiquiorem Aristotele et Platone id docuisse, quod ipse ab antiquissimis Aegiptis didicisse videtur. Idem Hipparcus annis ante Christum Dominum natum 140 et Ptolemeus astronomorum princeps totidem annis[4] post Christum natum latissime comprobarunt. Sed ut melius ea, quae dicemus intelligantur, duo praesupponenda sunt.

Primum quid sit orbis concentricus et eccentricus. Est autem orbis seu circulus concentricus ille, cuius superficies concava et convexa secundum omnem sui partem aequaliter distant a centro mundi. Eccentricus vero dicitur orbis, cuius superficies secundum omnem sui partem non aequaliter sed inaequaliter differt a centro, sed hoc tripliciter contingere potest: vel quia superficies convexa concentrica est, concava autem eccentrica, vel e contrario quia superficies convexa eccentrica est, omnesque eius partes inaequaliter a centro distant, superficies vero concava concentrica, ita ut partes[5] eius aequaliter[6] a centro distent. Et utrumque **[f.16v]** fieri non potest, nisi una eius pars crassior[7] sit, alia vero subtilior, et tunc pars crassior[8] aux vocatur, subtilior autem pars vocatur oppositum augis.

Tertio modo quia idem orbis secundum utrumque superficiem eccentricus est atque ideo[9] secundum omnem partem inaequaliter a centro differt, potestque tunc habere eandem crassitudinem secundum omnem sui partem. Haec tamen est differentia, quod eccentricum hoc tertio modo, scilicet quod secundum utramque superficiem inaequaliter a centro mundi distat, dicitur simpliciter eccentricum; reliqua vero duo priora dicuntur eccentrica secundum quid, scilicet corpora eccentrica non simpliciter, sed secundum unam superficiem concavam vel convexam. Dicunt ergo astronomi caelum cuiusque[10] planetae ex tribus orbibus partialibus constare, quorum unum sit eccentricus simpliciter, alii vero concentrici[11] secundum unam superficiem, eccentrici[12] vero secundum aliam, ut patebit in figura posita. Verum est quod Mercurio et Lunae plures quam tres orbes eccentricos assignare solent, sed de hoc alibi [Fig. 13].

---

[1] *correxi ex* cracities

[2] inaequales sint] *conieci ex* inaequalis sit, *Obara* inaequalis sit

[3] *correxi ex* cratiores

[4] *Obara* anni

[5] *correxi ex* pars, *Obara* par[te]s

[6] *correxi ex* inaequaliter, *Obara* inaequaliter

[7] *correxi ex* cratior

[8] *correxi ex* cratior

[9] *correxi ex* adeo, *Obara* adeo

[10] *Obara* eiusque

[11] *correxit*

[12] *correxi ex* concentrici, *Obara* concentrici *et post quod addidit* (eccentrici?)

thickness is unequal so that they are thicker in one part and thinner in another part: they are called eccentrics and concentrics, as we will mention immediately. This indeed is not an invention of modern authors, for people say that Pythagoras, who lived long before Aristotle and Plato, had taught what he himself seems to have learned from the more ancient Egyptians. This had also been approved in great detail by Hipparchos in 140 B.C., and Ptolemy, the princeps of astronomers in 140 A.D.. But in order to understand better what will be said, two things must be explained first.

Firstly, what are concentric and eccentric orbs? A concentric orb or circle is that whose concave and convex surfaces are equally distant from the center of the world in every part. An eccentric orb is that whose surface is not equally but unequally distant from the center, though this could happen in a triple manner: the first is that whose convex surface is concentric, while its concave surface is eccentric; the second is, to the contrary, that whose convex surface is eccentric and all its parts are unequally distant from the center, but whose concave surface is concentric, so that its parts are equally distant from the center. Both orbs cannot be made unless part of it is thicker and another is thinner; then the thicker part is called "apogee", the thinner part is called the "opposite of apogee".



Fig. 13

The third kind is that the orb itself is eccentric as to both surfaces and thus is unequally distant from the center in every direction; in this case, it can have the same thickness in every part. There are the following differences: being eccentric in this third manner, i.e. being unequally distant from the center of the world as to both surfaces, is called "simply eccentric"; the former two are called "eccentric *secundum quid*", i.e. being not "simply eccentric" but eccentric as to one surface, either the concave or the convex one. Therefore, astronomers say that the heaven of each planet is composed of three partial orbs, of which one is "simply eccentric" while the others are eccentric as to one surface but concentric as to another, as is evident in the figure below. It is true that they usually assign more than three eccentric orbs to Mercury and the moon, but we will speak about this elsewhere.

[f.17r] Hos autem eccentricos necessario dandos esse in caelis planetarum probant astrologi multis experientiis et rationibus. Primo, quia evidenter experientia constat solem multo propinquiorem esse terrae, dum Sagittarium et Capricornium lustrat, quam dum Geminos et Cancrum discurrit, et idem experientia monstrat in luna et aliisque planetis. Sed hoc fieri non potest ex eo, quod sol vel planetae sicut pisces in aqua moventur aliquandoque nobis appropinquent et aliquando distantiores fiant, tum quia huiusmodi propinquitas non quolibet tempore, sed certis et statis temporibus reperitur, tum etiam quia in capite secundo[1] probavimus omnes stellas fixas esse in suis orbibus sicut nodus in tabula. Fit ergo huiusmodi maior propinquitas ex eo quod pars una caeli crassior est, subtilior alia; atque ideo[2] dum sol fuerit in auge, scilicet in crassiori parte, magis distans, dum vero in opposito augis, scilicet in subtiliori parte, magis propinquus[3] apparebit. Secundo, quia omnes planetae, imo et omnes caeli, semper uniformiter moventur, ita ut nunc velocius[4] nunc tardius moveri, non contingat, atque inde fit, ut omnes immutabiliter semper habeant eosdem motuum periodos; semper enim sol 365 diebus etc.. motum suum perficit, Mars duobus annis etc..

Idemque probatur ratione quia, si nunc velocius[5] nunc tardius sol v.g. moveretur, vel id fieret, quia aliquando maiorem impulsum ab intelligentia recipit, aliquando vero minorem, sicut in sagitta patet, quae velocius[6] movetur in principio quam in fine, quia maiorem impulsum in principio recipit, vel quia, virtute intelligentiae seu impulsu eodem modo manente, maior resistentia est ex parte ipsius caeli moti in una parte quam in alia, sicut in motu animali contingit: facilius enim homo trahitur, dum non resistit quam dum resistit. Sed neutro horum modorum potest contingere, non primo quia intelligentia sola virtute sua caelum movet neque unquam fatigatur aut cessat ab opere; non et secundo quia cum sol animatum non sit neque habeat inclinationem maiorem ad hoc, quod moveatur in unam partem quam in aliam. Nullo modo poterit aliquando resistere, aliquando vero non resistere intelligentiae; atque ideo[7] idem[8] caelum semper cum eadem velocitate aut tarditate **[f.17v]** movebitur. Sed experientia constat solem plus temporis consumere[9], dum 6 signa borealia lustrat quam dum australia. Ab Ariete enim in Libram per Cancrum 187 conficit dies, et a Libra in Arietem per Capricornium 178. Cum tamen totidem gradus sint in utraque parte, australi et boreali, hoc autem fieri non potest ex eo, quod in una parte

---

[1] *correxi ex* primo

[2] *correxi ex* adeo, *Obara* adeo

[3] propinquus] propinqua nobis *Obara*

[4] *correxi ex* velotius, *Obara* velotius

[5] *correxi ex* velotius, *Obara* velotius

[6] *correxi ex* velotius, *Obara* velotius

[7] *correxi ex* adeo, *Obara* adeo

[8] *Obara omisit*

[9] *correxi ex* consummere

Astronomers prove that these eccentrics must be set in planetary heavens from a lot of experiences and reasons. [1] First, because it is evident by experience that the sun is much closer to the earth while it passes through Sagittarius and Capricorn than through Gemini and Cancer; and experience shows the same thing for the moon and other planets. However, this cannot happen for the reason that the sun or the planets move like fish in water and they are sometimes closer to and at other times further from us, firstly because this kind of propinquity is not repeated at any time but in a certain and fixed interval of time, and secondly because we have proved in chapter 2 that all the stars are fixed in their orbs like a knot in wood. Therefore this kind of greater propinquity follows from the fact that one part of the heaven is thicker and another part thinner and, eventually, the sun will appear more distant from us while in its apogee, i.e. in thicker part, and appear closer to us while in the opposite of the apogee, i.e. in thinner part. [2] Secondly, because all the planets and all the heavens always move uniformly, so that it does not happen that they move sometimes faster and at other times slower. Thence it follows that all of them always have their own periods of motions without change: for the sun always completes its motion in 365 days or so and Mars in 2 years etc..

The same thing is proved by reason. For if the sun, for example, would move sometimes faster and at other times slower, this would happen either because the sun receives sometimes more and at other times less impulse from [its] *intelligence*, as is evident in an arrow which is moved faster at the beginning than at the end since it receives more impulse at the beginning, or because while the power or impulse of [its] *intelligence* remains the same, there is more resistance on the side of the moved heaven at one part than the other, as happens in the motion of animate beings: for a man is dragged more easily when he does not resist than when he does. In neither way, however, can this happen: not in the first way, because an *intelligence* moves the heaven only by its own power and neither gets tired nor ceases working; also, not in the second way, because the sun does not have a stronger inclination of motion in one direction than in the other, since it is not animate. It will never happen that the sun sometimes can resist an *intelligence* and at other times cannot and, indeed, the same heaven will always move with the same velocity or tardiness. However, it is evident by experience that the sun spends more time passing the six northern signs than passing the sourthen ones, for it spends 187 days from Aries through Cancer to Libra and 178 days from Libra through Capricorn to Aries. Since there are as many degrees in each part, i.e. southern and northern, and this cannot happen

velocius[1], in alia vero tardius moveatur ut diximus. Fit ergo, quia in parte septentrionali pars caeli crassior est, atque ideo[2] in ea percurrenda necessario plus temporis debet consumere[3]. Tertio quia experientia animadversum est solis et lunae eclipses saepissime fuisse inaequales, ita ut v.g. lunae totum corpus interponeretur inter solem et nos, eumque totum eclipsaret[4], ita ut nulla eius pars conspiceretur, duraretque eclipsis aliquantulo temporis, sicut contigit anno 1559. Aliquando vero totum corpus lunae interpositum non valet eclipsare totum solem, quin aliqua coronula[5] claritatis in circuitu conspiciatur, brevissimoque temporis spatio[6] duret eclipsis, cuius nulla alia ratio dari potest nisi quia luna in secunda[7] eclipsi erat in auge, maximeque a nobis distabat, unde minorem umbram debebat efficere. In prima[8] vero, quia in opposito augis erat nobisque propinquior, maiorem efficiebat umbram atque ideo[9] totum occultabat solem, sicut in hac figura patebit. [Fig. 14[10]]

[f.18r] Ulterius in eclipsi lunari animadversum est lunae eclipsim aliquando per multum temporis spatium[11] durare, aliquando vero non nisi brevi tempore confici[12], cuius nulla alia ratio esse potest, nisi quia sol in opposito augis existens terrae maiorem partem illuminat, atque ideo[13] umbra, quam proiicit, minor est; dum vero in auge est a nobisque distantior, minorem terrae partem illuminat, atque ideo[14] maiorem proiicit umbram maiorisque temporis spatio[15] eclipsis durat, ut patet in sequenti figura. [Fig. 15[16]]

Ultimo, ratione probatur necessario dandos esse orbes eccentricos, quia omnes inferiores caeli motu diurno rapiuntur a primo mobili ab oriente in occidens, hocque proprium est omni superiori caelo, ut sibi inferiorem post se trahere possit, et ipsum ab inferiori non trahatur. Si ergo planetarum caeli omnes concentrici sunt, procul dubio caeli inferiores semper trahentur ab omnibus singulis superioribus, atque ideo[17] luna novem

---

[1] *correxi ex* velotius, *Obara* velotius

[2] *correxi ex* adeo, *Obara* adeo

[3] *correxi ex* consummere

[4] *scripsit* eclipsaretur *et correxit*, *Obara* eclipsaretur

[5] *Obara* cornula

[6] *correxi ex* spacio, *Obara* spacio

[7] *correxi ex* primo, *Obara* 2º

[8] *correxi ex* secunda, *Obara* 2ª

[9] *correxi ex* adeo, *Obara* adeo

[10] *in figura habet* Luna in oppositum [*sic*: opposito] augis; Luna in auge; Sol *(a sinistra ad dextram)*

[11] *correxi ex* spacium, *Obara* spacium

[12] *conieci ex* conficit. *Obara* conficit

[13] *correxi ex* adeo, *Obara* adeo

[14] *correxi ex* adeo, *Obara* adeo

[15] *correxi ex* spacio, *Obara* spacio

[16] *in figura habet* Sol in auge; Sol in opposito augis *(a sinistra ad dextram)*

[17] *correxi ex* adeo, *Obara* adeo

for the reason that, as we have said, the sun moves faster in one part and slower in the other part, it therefore follows that the heaven is thicker in the northern part and, therefore, it must spend more time passing there. [3] Thirdly, because it has been noticed by experience that the solar and lunar eclipses are unequal very often: for example, the total body of the moon is interposed between the sun and us and it eclipses the whole sun, so that none of its part could be seen and the eclipse continues just a little time, as happened in 1559. Sometimes the total body of the moon interposed cannot eclipse the whole sun, but some crown of light can be seen at the periphery and the eclipse continues for just a small interval of time. We cannot give any other reason for this except that the moon in the latter eclipse is in the apogee and farthest from us; and thus it must make a smaller shadow. In the former eclipse, however, that is because the moon is in the opposite of the apogee and closer to us, and it makes a larger shadow; and therefore it covers the whole sun, as is evident in this figure.



Fig. 14

Moreover, it has been observed that the lunar eclipse sometimes continues for a long interval of time but at other times continues only for a short period. There can be no other reason for this unless the sun which is in the opposite of the apogee illuminates a larger part of the earth; and therefore the cast shadow is smaller. However, while it is in the apogee and farther from us, the sun illuminates a smaller part of the earth; it eventually cast larger shadow and the eclipse continues for a longer interval of time, as is evident in the following figure.



Fig. 15

[4] Lastly, it is necessarily proved by reason that eccentric orbs must be proposed, because all lower heavens are carried round by the diurnal motion, i.e. by the *primum mobile* from east to west and it is characteristic of each higher heaven to be able to drag the lower after it, but it can not be dragged by the lower. If, therefore, all planetary

genera motuum paulatim conficeret tracta ab impulsu omnium superiorum caelorum, quod quidem omni experientiae repugnat, nec enim sol trahitur a Marte aut Venus a sole, sed unusquisque suum habet peculiarem motum. Cum enim caeli planetarum eccentrici sint, ad invicem se impediunt, ita ut superior motu naturali non possit trahere inferiorem contra motum primi mobilis, nec detur duorum augium vel duorum corporum penetratio, atque adeo fit, ut omnes orbes planetarum simul rapiantur ab oriente in occidens; motus autem naturalis cuiuslibet planetae praecipue in medio orbe fit, qui deferens planetam communiter dicitur.

De modo quo fiunt eclipses solis et lunae § 3

[f.18v] His positis, propius[1] ad eclipses accedentes, dicimus solem semper mediam partem Zodiaci tenere nunquamque ab[2] ecliptica discedere in hanc vel in illam partem, ut superius diximus. Luna vero (sicut et reliquae planetae) non semper sub ecliptica est, sed intra Zodiacum aliquando ad austrum aliquando vero ad septentrionem vergit eclipticae.

Cumque 29 dierum spatio cum dimidio totum Zodiacum discurrat, fit ut bis intra eosdem dies eclipticam pertranseat, eamque in duas partes aequales dividat. Puncta ergo, in quibus praedicta eclipticae[3] scissio fit seu duo illa loca, in quibus luna est sub ecliptica, vocantur caput et cauda draconis; fingamusque haec duo puncta esse v.g. principium Arietis caput et principium Librae cauda draconis. Cum ergo contingit[4] in coniunctione lunae solem simul et lunam in capite esse draconis, tunc fit eclipsis solaris, cum vero in oppositione sol est in principio Arietis, quod ut diximus est caput[5] draconis, et luna est in cauda scilicet in principio Librae, tunc terra intercipitur et luna ab umbra terrae eclipsatur.

Ex his plura colliguntur. Primum, cur non in omni novilunio fiat eclipsis solis, et in omni plenilunio non fiat[6] eclipsis lunae? Ratio enim huius est, quia non in omni novilunio luna est in capite aut in cauda draconis, id est, non semper est directe sub ecliptica, sed in aliquam partem declinat in plenilunio, aut cum non semper sit sub ecliptica, non opponitur directe ipsi soli, atque adeo non obumbratur a terra.

Secundo colligitur duo esse genera eclipsium: primum totale, secundum partiale. Totalis eclipsis fit, quando centrum lunae est directe sub ecliptica simul cum sole aut soli oppositum[7], si eclipsis lunaris est; tunc enim tota luna eclipsatur, et si directe sub sole sit, totus sol etiam eclipsabitur. Partialis vero eclipsis est, quando aliqua pars lunae tempore[8]

---

[1] *Obara* proprius

[2] *Obara* ad

[3] *correxi ex* ecliptice

[4] *correxi ex* contigit, *Obara* contigit

[5] *correxi ex* capud

[6] *Obara* fit

[7] *conieci ex* opposita, *Obara* opposita

[8] *correxit*

heavens are concentric, lower heavens, without doubt, would always be dragged by every single higher heaven and, therefore, the moon which is dragged by the impulse of all the higher heavens would eventually make nine different kinds of motion. This contradicts all experiences, for neither the sun is dragged by Mars nor Venus by the sun, but each has its own peculiar motion. Since the planetary heavens are eccentric, they impede each other so that neither the higher, by its natural motion, can drag the lower against the motion of the *primum mobile*, nor can the penetration of two apogees or two bodies exist. Therefore it follows that all the planetary orbs are simultaneously dragged from east to west. The natural motion of each planet occurs in the middle orb, which is usually called "that which carries the planet along" [i.e. the deferent].

§ 3
How the solar and lunar eclipses happen

Having dealt with these things, in order to get closer to the eclipses, we say that the sun always keeps to the middle part of the Zodiac and never deviates in one direction or another, as we have said above. But the moon (like the other planets as well) is not always on the ecliptic but inclines within the Zodiac sometimes to the southern and at other times to the northern side of the ecliptic.

Since it passes through the whole Zodiac at intervals of 29 and a half days, it follows that the moon crosses the ecliptic twice in the same period and divides it into two equal parts. Thus, those points at which the above-mentioned scission of the ecliptic happens or those two places in which the moon is exactly on the ecliptic are called the "head and tail of the dragon" and we suppose that these two points are, for example, at the beginning of Aries as the head and at the beginning of Libra as the tail of the dragon. Therefore, when it happens that the sun, in conjunction with the moon, is at the head of the dragon together with the moon, the solar eclipse takes place; and when the sun, in opposition to the moon, is at the begininng of Aries, which is the head of the dragon as we have said, and the moon is at the tail, i.e. at the beginning of Libra, the earth is intercepted [between the sun and the moon] and the moon is eclipsed by the shadow of the earth.

From these propositions many conclusions can be made. First: why does the solar eclipse not take place at each new moon nor the lunar eclipse at each full moon? The reason for this is that the moon is not in the head or tail of the dragon at every new moon, that is, it is not always exactly on the ecliptic but declines to another part at full moon; or since the moon is not always exactly on the ecliptic, it is not directly opposite to the sun itself and, therefore, is not overshadowed by the earth.

The second reasoning is that there are two kinds of eclipse: the first is total and the second is partial. A total eclipse takes place when the center of the moon is exactly on the ecliptic together with or opposite to the sun. In case of a lunar eclipse, the whole moon is eclipsed; and if the moon is directly under the sun, the whole sun will also be eclipsed. A partial eclipse takes place when some part of the moon does not pass the middle of the ecliptic during the eclipse, but declines somewhat to the side. At that time, the moon

eclipsis non mediam eclipticam transit, sed aliquantulum ad latus declinat; tunc non valet eclipsare[1] totum solem, qui directe sub media ecliptica est, sed aliquam eius partem. Nec ipsa in plenilunio totaliter occultari poterit, si non mediam teneat eclipticam sed ad alterutram **[f.19r]** partem declinet.

Tertio sequitur ratio, cur eclipses totales solis aut lunae non sint semper aequales, sed aliquando maiores, aliquando vero minores appareant? Ratio enim est eccentricitas planetarum, sicut in paragrapho praecedenti in tertia ratione diximus.

Quarto colligitur ratio, cur eclipsis solis et lunae non semper videatur in universo mundo. Ratio enim est, quia cum eclipsis non fiat nisi in puncto, aut tempore oppositionis vel coniunctionis lunaris cum sole, et coniunctio et oppositio non semper fiat in nostro hemispherio, sed saepe dum sol oritur nobis, iam transacta est coniunctio, et cum luna ascendit nostrum horizontem, iam transit vera oppositio; inde fit, ut non semper omnes eclipses possimus conspicere.

Quinto sequitur ratio, cur eclipsis lunae videatur a medio mundo, solis vero non nisi in aliqua certa regione. Huius enim ratio est, quia luna vere amittit claritatem suam dum eclipsatur, atque adeo in illo hemispherio, in quo est, sine claritate conspici debet. Sol vero suam claritatem non amittit, sed ab intercepto lunari corpore impedimur nos, ne eius radios possimus recipere. Quia vero luna iuxta supra dicta multo minor est sole, non valet eum ubique occultare, sed in ea tantum regione, inter quam et solem directe interponitur luna.

Sexto constat valde miraculosam fuisse eclipsim solarem, quae in passione Christi Domini contigit. Erat enim dies passionis 14 dies lunae, sed in ictu oculi luna velocissime ab occidente in oriens medium prope discurrens caelum inauditam coniunctionem et eclipsim fecit solarem. Et quod magis est mirandum, radiis solaribus partim interposita luna partim vero a virtute divina omnino retentis, universalis eclipsis et tenebrae in universa factae sunt terra, scilicet in illo hemispherio, in quo tunc sol erat. Quod D. Dionisius adhuc gentilis attente considerans merito exclamavit dicens: aut Deus naturae patitur, aut tota mundi ruit machina.

Ultimo ex eclipsibus, et maxime ex lunari, regionum distantia, quam intra eundem gradum existentes habet, ab oriente in occidens facile cognoscitur. Si enim v.g. nobis incipiat eclipsari luna in puncto mediae noctis, illis vero, qui in India vel in aliqua alia **[f.19v]** regione sunt, non nisi septima hora post meridiem, erit distantia inter nos et eam provinciam 75[2] graduum, ut enim diximus, tunc una hora transacta esse dicitur, cum 15 gradus supra horizontem elevantur[3]. Cum inter nos et illam provinciam quinque horarum differentia sit, cumque per 15[4] gradus multiplicati, 75 conficiunt gradus, et sic de reliquis.

---

[1] *conieci ex* eclipsari, *Obara* eclipsari

[2] *correxi ex* 65, *Obara* 65

[3] *correxi ex* elevatur, *Obara* elevatur

[4] *correxi ex* 19, *Obara* 19

cannot eclipse the whole sun, which is exactly on the middle of the ecliptic, but some of its part. Nor will the moon be able to be totally occulted at full moon, if it does not remain in the middle of the ecliptic but declines to one or the other part.

The third reasoning: why is the total eclipse of the sun or the moon not always equal but it appears sometimes longer, at other times shorter? The reason is the eccentricity of the planets as we have said in the third reason in the previous paragraph.

The fourth reasoning: why are the solar and lunar eclipses not always observed all over the world? The reason is that the eclipse does not take place except in the point or at the time of opposition or conjunction of the moon with the sun, and the conjunction and opposition do not always take place in our hemisphere but sometimes take place when the sun is rising for us and the conjunction has already finished, and when the moon is ascending on our horizon and the true opposition is passing: thence it follows that we cannot always observe all the eclipses.

The fifth reasoning: why is the lunar eclipse seen in one half of the world, but the solar eclipse is only seen in a certain specific region. The reason for this is that the moon loses its light while it is eclipsed and should be observed without light over the hemisphere in which it stays. But the sun does not lose its light but the intercepted body of the moon prevents us from receiving its rays. Since the moon, according to what we have said, is much smaller than the sun, it cannot conceal the sun at any place but only in that region between which and the sun it is directly interposed.

The sixth reasoning: it is evident that the solar eclipse which took place at the Passion of Christ was truly miraculous, for the day of the Passion was the 14^{th} day of the lunar month but the moon, instantaneously running through the mid heaven from west to east with high speed, brought about the unheard-of conjunction and the solar eclipse. And what makes it more miraculous is that, while the solar rays were entirely detained partly by the interposed moon and partly by the divine power, a universal eclipse and darkness prevailed on the earth, that is, in that hemisphere in which the sun existed at that time. When St. Dionysius, while still a gentile, considered this carefully, he rightly exclaimed: Either the God of nature suffers or the whole machine of the world is collapsing.

The last reasoning: from the eclipses, especially that of the moon, it is easy to get to know the distance of the regions from east to west, which those who are within the same degree have. Because, if, for example, we see the moon begin to be eclipsed at the point of midnight, but for those who are in India or another region [the same eclipse would not begin] except at 7 o'clock PM, the distance from that province to us will be 75 degrees, for, as we have said, when 15 degrees rise above the horizon, then it is said that one hour has been passed. When the distance from that province to us is 5 hours, when these are multiplicated by 15 degrees, they come to 75 degrees, and so on for the rest.

§ [4]
De astrorum magnitudine et de via lactea seu galaxia

Haec de sole et luna. Restat ut de reliquis astris aliquid agamus, inter quae primum locum obtinent[1] 5 errantes stellae. Quae ideo errantes seu etiam planetae vocantur, quia reliquorum ordinem, motum et situm non servant. Nobis enim viciniores sunt aliis, atque ideo[2] non scintillant praeter unum Saturnum, qui ob maximam distantiam aliquantulum scintillare videtur. Omnium planetarum minimus Mercurius est, qui raro apparet propter maximam eius vicinitatem ad solem. Venus Mercurio maior est stella lucidissima, quae comitatur solem, quae dum antecedit Lucifer dicitur, dum eum insequitur Vesper nominatur. Nec potest a sole separari nisi per gradus 47 cum dimidio. Hii duo planetae simul cum luna minores sunt terra. Mars vero Jupiter et Saturnus, sicut loco ita etiam magnitudine, se superant[3] ad invicem, uno Jove excepto, qui omnes alios praeter solem superat, maioresque sunt terra. De sole vero iam diximus terrae magnitudinum evidenter excedere.

Aliorum autem astrorum, qui stellae fixae communiter dicuntur, quia ordinem et situm non mutant, licet infinitus prope videantur esse numerus, quod et Sacra Scriptura saepe innuit. Astrologi tamen, ut melius de eis possent philosophari, stellas clariores et semper apparentes in 48 constellationes communiter reducunt, quae mille et viginti duarum stellarum numerum conficiunt, de quarum magnitudinibus **[f.20r]** mira dicunt; dividunt enim earum magnitudines in 6 ordines, ita ut primae magnitudinis sint tantum 12, secundae vero 45[4], tertiae magnitudinis 200 et 8, quartae magnitudinis 404, quintae magnitudinis 217, sextae magnitudinis 49, nebulosae quinque, obscuriores 9, quae praedictum numerum conficiunt. Praeter has pars quaedam caeli lucidissima est innumeris et minutissimis stellis abundans, quae via lactea communiter dici solet, scinditque Zodiacum prope Geminos et Sagittarium; est autem caeli pars quaedam crassior, quae in se recipiens solis claritatem, non adeo lucet sicut stellae, nec enim eandem habet cum stellis crassitudinem; remanet autem illa claritas in illa parte recepta, claritatemque effundens non omnino lucidam, sed aliquantulum continet albedinis; remissa enim illa claritas albedinem refert. De caelorum magnitudine iam dictum est in fine secundi [*sive* 21[5]] tractatus primae capitis Compendii.

---

[1] *correxi ex* obtinet

[2] *correxi ex* adeo, *Obara* adeo

[3] *correxi ex* superat, *Obara* supera[n]t

[4] *Obara* 48

[5] *conieci ex* 2^{i}

§ 4
On the magnitude of the stars and the milky way or galaxy

So much concerning the sun and the moon. It still remains to deal with the remaining stars, among which the 5 wandering stars hold the primary position. They are called "wanderers" or "planets", because they do not keep the order, motion and place of the others, for they are closer to us than the others and, therefore, do not glitter except one, Saturn, which is seen to be slightly glittering because of the long distant. Of all the planets Mercury is the smallest, which rarely appears because of its immidiate vicinity to the sun. Venus is bigger than Mercury and is the brightest star, which accompanies the sun, and is called "Lucifer" while preceding the sun and "Vesper" while following it, and cannot be separated from the sun by more than 47 and a half degrees. These two planets, together with the moon, are smaller than the earth. With regard to [the three planets, i.e.] Saturn, Jupiter and Mars, one is superior than the other, according to this order, in location as well as in magnitude except for one, Jupiter, which is bigger than all others except the sun, and they are bigger than the earth. As to the sun, we have already said that it evidently exceeds the magnitude of the earth.

As to the other stars, which are usually called the fixed stars, they do not change their order and position, though there seem to be almost an infinite number of them, which the Holy Scripture also often mentions. In order to be able to consider them more carefully, however, astronomers usually arrange the brighter and always visible stars into 48 constellations, which are composed of 1022 stars. They say wonderful things about their magnitudes. For, they divide them into 6 orders: [the stars] of the first magnitude are only 12, the second 48, the third 208, the fourth 404, the fifth 217, the sixth 49, the nebular ones 5 and the more obscure ones 9, [the total of] which constitutes the above-mentioned number. Besides these stars, some very luminous part of the heaven is filled with innumerable and very small stars: it is usually called the Milky Way and it divides the Zodiac near Gemini and Sagittarius. It is a certain thicker part of the heaven, which receives the solar light in itself but does not shine like a star, for it does not have the same denseness as the stars. But the light remains in that part where it is received and, although not completely emitting bright light, it contains some whiteness, for the remitted light takes over the whiteness. We have already spoken about the magnitude of the heavens at the end of the second [or 21st] chapter of the first treatise of the Compendium.

(Received: October 3, 2005)